

DISSERTATIO
HISTORICO-GEOGRAPHICA,

De potissimum

FLUVIORUM

Universi Orbis,

QVAM

CHRISTO SALVATORE FAVENTE
E

Consentiente Ampliss: Facult. Philosoph.
in Regia Finnerum Acad. ad Auram;

MODERANTE

Perquam Reverendo & Praeclariss: Viro,
M. JOHANNE FLACHSENIO,
Mathematum Professore Ordin. Mæcenate,
Præceptore & studiorum meorum Pro-
motore grata memoria perpetim co-
lendo.

Pro gradu & honoribus Magisterii consequēdis,
publico doctorum examini modestè submittit

CHRISTIERNUS FRISIUS, S. F.

Stip. Reg.

In Auditorio Maximo ad diem 22 Maii,
Anni MDCLXXXV. *TIB*

ABOÆ, Exc. apud Joh. WALLIÆ, T. A.

et q[uo]d m[er]ita[m] Q[uo]d dicitur. Et q[uo]d
p[ro]m[on]t[ra]re ap[er]t[us] p[ro]p[ri]etatis s[ecundu]m ad alios
ad q[uo]d p[ro]p[ri]etatis s[ecundu]m ad alios
, 2010 CIVILIA LITURGIAE S[ecundu]m
q[uo]d s[ecundu]m cunctis dicitur. Et q[uo]d
ad alios sicut sacerdotibus & reliquo
q[uo]d ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus
ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo
ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo

X
ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo
ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo

ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo
ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo
ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo
ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo
ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo

ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo
ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo
ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo
ad alios sicut p[ri]mo sacerdotibus & reliquo

*Viro de Ecclesia Dei cum pacis
tum belli temporibus optimè merito,*

*Pl. Reverendo & Doctissimo
DN. GABRIELI MELARTOPOEO,
Pastori Janakalensium longè meri-
tissimo, & districtus adjacentis Præ-
posito dignissimo, Avunculo nec non
Benefactori meo multis nominibus
colendo.*

Viro Forti & Persistenuo

*DN. PETRO LUNDSTRÖM /
Peditum vice Capitaneo ut pe-
ritissimo, ita consangvineo, & be-
nefactori meo maximè honorando.*

Viro exquisitæ fidei,

*DN. PETRO WANG /
Vectigalium publ. Prætori in
territorio Wemoensi pervigili, be-
nefactori meo honoratissimo.*

SALUTEM ET

Viro Reverenda dignitate honorando, & ex-
quisita eruditione commen-
dabili,

DN. GEORGIO LAGO,
Pastori Ecclesiæ Dei, quæ in
Risso colligitur ut vigilantissi-
mo, ita Fautori Benefactori &
Consangvineo meo honoratiss.

Viro spectata fidei,

DN. JACOBO DURÆ MANI,
Redituum Coronæ in territo-
rio Halikoensi Prætori fidelis-
simo, Benefactori & Affini meo mul-
tum devenerando.

Viro in calculatorum peritia maximè
commendabili,

DN. JACOBO SIMONIS FILIO,
scribæ territoriali accurato, & affini
meo singulariter honorando.

FELICITATEM PERENNEM.

Indigestos hos ingenii mei conatus, dum iā
lucem edere constituerem; potissima equi-
dem hujus rei cura fuit, ut Patronos & Fau-
tores, qui fortia scuta & invicta clypea ad-
versus malignorum venenosa tela præstarent,
nancicerentur. Nunquam etenim sub sole
exstitit illius potentiae populus, illorum vi-
riū imperium, ejus crudelitatis tyrannus,
ut omniis mœniis & propugnaculis deser-
tis, perennem sibi securitatem, aut regale o-
tium nisi temerè promittere auderet; quapro-
pter & hoc ipsum, primo obtutum e aliquan-
tum suspensum tenuit: sed nequaquam cum
illo nodo diu luctatus sum, postquam insi-
gnia Vestra de me merita, splendidissimo suo
ortu illud mihi persuasum ivere, ut in mollis-
simi Favoris Vestri finu, non vulgari quodam
tugurio, sed æneo omnino muro gauderent:
eo quippe contestim, veneratione quā par est,
ille deponere decrevi, nec non officiōe ro-
gare, quod sicut huc usq; Parentum, & Bene-
factorum loco mihi fueritis, quos gradus uni-
cuiq; dictamen practicum indicabit, ita etiam
post hac, quæcunq; a mea tenuitate profecta
sunt, in meliorem partem interpretari haud
dignaremisi, qui ad Lachesis usq; manebo.

*Pi. Reverendis, Reverendis & spectabilibus
Dn. ad quavis officia paratissimus*

CHRISTIERNUS FRISIUS.
Acad, Ab, V-Secre.

*De Fluvius totius universo, pro sum-
ma in Philosophia, merito suo adeundis hono-
ribus, calamo & voce Doctissime differenti,
magna spei Viro Juveni,*

**DN. CHRISTI ERNO SAMUE-
LIS FRISIO,**

Affini suo perdilecto.

Ingenii est Flumen, fluvios monstrare
minaces

Et quot vel quales, arduus orbis habet,
Chiddekel, Euphraten, Pischon, Gichon
quoq; qvorum

Ortus ab Edene est, exitus inumeros!
Quot Fluvios monstrat tua Frisi culta
Minerva

Tot laudum fluvios jam tibi rite pa-
res,

Quin laudum cumulos cumulat modo
clara Thalia

Sic fluit in portum Frisius ecce bo-
num

L. Mg.

ANDREAS PETRÆUS

Theol. Prof.

jam valecudinarius.

Peregrinatio Dn.

CHRISTIANO FRISIO,
Philos. Candidato dignissimo, Sympa-
triæ, amico & commilitoni singulariter di-
lecto, pro summis in Philosoph. honori-
bus obtainendis doctè de *Fluviosis*
differenti:

Dum Fluvios memoras orbù terrestribus, eosq;
Quo sese exonerent ritè docere cupū,
Et quas per terras obliquis flexibus errant,
*Quid*ue vehant undas, unde orientur item;
Hinc bene conicio, spumantia flumina in orbe
Singula cum rapidis fluctibus hecsonant:
Quod Tanais, Tiberis, Rhodanus, quod Sequana,
Tigris,
Rhenus, Danubius, Vistula, Oderas simul,
Tibiscus, Tamesis, Laxartes, Hermus & He-
bris
Araxes, Attheferis, Metala, Volga, Mosa,
Gemifer Hydaspes, Hypanus, Flavus & Lycormas,
Palmifer Euphrates, Eridanus & Togus,
Nilus, Pactolus, Ganges, cum Jordanus undis
Aurifer Iberus, Sals, Garumna, Nicer
Marsyas & Mænus, Matrona, Mosella, Borysten,
Ligeris, Ismenus Dwinsq, Dravus, Halys
Et Niger & Savus, Strymonum idusq, Visurgus
Xanthus ut Simois, Boetis & Albus item,
Solve-

Solvere non possunt, Friſio qui laudibus amplius
Spumantes noſtres, ornat, adumbrat, aquas
Aurea ſoror, vicina viro, uche nomine noſtro
Aurum cum gemmā, laurea ſerta para.
Ante Ararim Partbus bibet & Germania Tigris
Quām Friſi laudes ſubticiuiffe ſinas.

Subito ſed gratulabundus ſcripsit

JOHANNES FLACHSENIUS
Math. Prof. Ord.

Doctissime Juvenis, amice ſincere:
Illa ingenia veram laudem habent, quæ
ardua tentant, penetrant, perficiunt.
Pusilla vero nescio qua vanitate ebria,
ut adplicem me ad literatorum, curias,
vel aliorum opera fideliter exſcribunt,
vel citationibus tot luxuriant, quot ba-
julare vix centum valent viri; quidam
ita jurant in verba magistri, ut inde
ne latum quidem unguem diſcedant. e-
tiamſi dogmata fuerint & ridicula plane
vel fortassis aperte falſa. Libertas pia,
caſta, conſtant, eſt condimentum pre-
tiosiſſimum omnium actionum homa-
narum; ſi illa fuerit ſuppreſſa, quid re-
manebit praeter antiquum chaos & va-
ſtam barbariem. Praeclare itaq; à Te
factum

factum esse arbitror, quod nobile & ra-
rum argumentum, prorsus alia ratione
quam vulgari explicaveris. Non satis
erat Deo immortalitatem lucidis stellarum
globis amplitudinem mundi exornasse;
in medio quoque; ejusdem locavit orbem
terrarum, in quem sidera, partitis offi-
ciis, suas specificas qualitates effundunt
ad generationes rerum augendas perfi-
ciendasque. Hic vero, proh fidem
prudentium! quam inenarrabili artifi-
cio est digestus: alibi sibi montium inne-
ctuntur concatenati ordines, ibi se expli-
cant camporum spatia, hic cernitur col-
lium eminētia, istic vorago abyssi se pan-
dit; mox adparet Oceani limbus aridam
ambiens. Interstingvit vero eandem, co-
modo ac in corpore humano venarum
ductus, fluminum adparatus, fluviorum
brachia, & amnium rivi. De quorum
numero, ortu, situ, amplitudine, interio-
ri genio, quoniam, ut omnia soles, ac-
curate disputas, dignam tot lucubratio-
nibus, tam sinceris Tuis virtutibus,
tam notabili molestia, remuneratio-
nem optat.

T.

D. ACHRELIUS,

VIRO - JUVENI

Divitiis ingenii & Palladis Artibus copioso,

DN. CHRISTIERNO FRISIO,
Philosophiae Candidato solertissimo, de
Fluvii ingeniose Disputanti, Amico & sym-
patico meo svayissimo:

Quam sit Pierius operarier Artibus urgens
Curarum stimulus, solicitans animum;
Apprimè morunt, durè in rebus egestas
Quos premit & vexat, Temporis erdo feras.
Hac in te quadram, nostri de pube lycèi
Pars bona, mi Frisi! qui colu artis agrum.
Cum tenerim cunis esse ac ubera fugens,
sensisti in felix aspera fata modò.
Vitales auras liquis uam Sanguinis Auctor
Præclarus, subito cœlico Templa petens.
Hinc, Matrem, Fratrem, temet pluresq; sorores
Urgere accepit sors inimica malū.
Singula, Divino, tamen, auxilio, superasti,
Ac opera vigili, tristia damna tua.
Nam postquam dociles cœpisti impendere Musis
Annos, & stabiles pectore condere opes,
Acripotens Dominus voluit benedicere cœptū;
Rompa Professorum Tig; fevere simul.

U.

Ulterius pergas pernix rumore secundo

Ad culmen niti, Nominis inqst decus.

Pro sudore, brevi, largissima pramia, spondens

Pegasides comit^e virginemq^z chorus.

Dab. Aboe p^r propera manu

4. Idus Majas Anni 1685.

Insignes in re literaria profectus ex
animo gratulabar,

S I M O N Zalpo Met. & Log.
Prof. Ord. h. t. Fac. Ph. Dec.

*Viro virtutibus & solidiori doctrina Pra-
stantissimo,*

DN. CHRISTIENO FRISIO,
Candidato Philosophie solertissimo, Pa-
triotae & amico singulari,

Quid sit Sicanias volvens Amasenus a-
renas?

Quid Rhodanus, Cayster? quidque Alba-
mentis aqua?

(Hermus?)

Cornua Danubii qua^r sunt? quid Mænus &

Quid Simoës, Cydnus? lenta fluente Dubus?

FRISIUS exponit meus hoc meletemate.
POLLENS

Flumine sermonis, flumina fluxa docet.

*Animi intentione quam adparatu ver-
borum prolixior gratulatur*

A N D. WANOCHIUS

Pbil. praet. & Hist. Prof.

PRÆFATIO

Ad LECTOREM candidum.

VT sua quemque trahit voluptas, ita & mibi de præclarâ bac materia, steriles hos ingenii mei discursus, in lucem edituro, hoc potissimum negotii dari credidi: Ut posthabitâ illâ æxperiæ Philosophicâ, que à nonnullis de variis vocum acceptionibus, materie substratæ definitionibus, cum nominalibus cum realibus, multo sepius sedore manifestarum rerum contemplationibus, premitti solet; totius orbis maximè insignium fluviorum, cum ebullientium originum, tnm universorum, adæquatos si- gnos, viarum diversitates, modorum miracu- li ac utilitarum insignia encomia, quan- tum ab optimis auctoribus, recentiorum, mappis, & oculatorum testium fide dignis re- lationibus, colligi posset, candidate statim evolvere, ingenuæq; depingere, aggrederer. Hoc etenim constanter mibi persua sumbabui, quod neminem omnino fugeret, omnem ferè Fluminum Begejau, in illustrissimis Philo- sophorum prosceniiis, binâ fronte nobis occur- vere;

vere. *Vel ut Physici Regni incolam, quomo-
do rerum naturalium scrutatoribus, la-
bores & difficultates parit. Vel imperii Ma-
thematis civem, unde Geographici ingenii,
genuinus salutatur fatus.* Utram vero fa-
cie, hec praesens fluminum contemplatio, Ti-
bi benevole Lector sese fliterit, titulus pri-
mo limini affixus, abunde satis in luce col-
locabit. Nemo enim inficias ire potest, quin
ex perpetuis Philosophorum sanctis, obiectis
geographicis partialis ius, Flumen sibi ven-
diceat, haud secus ac orbis terreni pars, de-
cujus mensura & distinctione, Geographia
scientia audit. Sed si forte ab his Tibi mi-
nus proclive fuerit, omnem adeo rem inva-
do deprehendere; praeferim eum in hos di-
scursu, nonnulla, occurrant, que potius Geo-
graphiae nuptiae, quam iugae, primo obtu-
tu apparent; quod de rebus, principiis tem-
porum articulis gestis, aliisque memoriam di-
gnis, mathematis fluviorum descriptioni,
certo consilio a me adjunctis, ruto asseri
posse videtur; Paucissimis tum indigitabo,
quod duplex Geographiae genus jam dudum
maximus & Amplissimus viris arriserit: quo-
rum unum dicitur uatuartikov: alterum
vero iosephov. Illud cellurem subiectum
agnoscit, in quantum partes ejus omnes sunt,
varius sinus, longitudinis & Latitudinis, quod
maxime

ximè accuratum & difficile est, imò nautis
in oceano oscillantibus percommodeum. Hoc
verò preter illud, etiam bonam partem Hi-
storiae insigni cum discentium emolumento
docent, quorum memoria vix minime conser-
vatur, ostensum locorum situm, memorabili
quadam re illustrando. Quod ipsum & mihi
ob singularem quandam amoenitatem & ju-
cunditatem persequi placuit. Juxta hoc Can-
dide Lector, breviter tecum conferre animus
est: quod scilicet me non statim falsitatis
arguae, quamvis non per omnia cum veterum
Geographorum, multyugis voluminibus, i-
m cornu inflare videar; hoc enim de in-
lustria profectum, ut quopiam modo dispa-
lesceret, differentiam omnino dari magnam,
inter veterem & novam geographiam. Qua-
um prior, consentientibus etiam summis
viris, vastissimum est errorum mare, & in-
uaniūm vero accedit, Philologis & doctis so-
um, ad intelligenda veterum scripta pro-
est. Infinitis quippe mutationibus, omni fe-
de tempore terre facies obnoxia fuit, ipsam
iam naturam paulatim vetustate exeden-
. Adeò ut jam campos videas ubi Troja-
it, fretum Anian, bestiis olim ad nutum
anabile, navigantium oculis requiratur,
heni ostia Lugdunenses fugiant; alia ma-
& flumibus absorpta, alia terra moribus

versa, alia derelicta hodie inculta, alia
demum vi militari diruta & desolata sunt.
Unde & facilis ratio, cur hodierni Geogra-
phi, & excelsos veterum montes, & immensa
antiquorum flumina, insulas ingentes de-
siderent. Posterior verò à talibus molestiis, la-
boribus, imò & erroribus immunis est, nullo ferè
subsidio, conjecturis ei suppetentibus; ideo &
omni hominum generi, & maximis vite no-
stre commodis plurimum inservit Propterea
verò, quod tota Geographia, exceptis gene-
ralibus ex singularium descriptionibus con-
stet, & unit homini datum omnino non sit,
omnia totius orbis loca lustrare; omnimodo an-
negat veritatem hic promittere audeo, pre-
cipue quod longitudines fluviorum concernit, in
quibus dimetiundis secundum proportionem,
correctioribus mappis, subjuncta mill:scale,
rectâ linea è fontibus ad ostia, ope circini
usus sum. Unde constat longitudines illas
non fluminum curvaturis, sed ab eo seculi si-
ti distantiae applicatas fuisse. Ultimò nec ho-
te latebit C. L. quod perpetua auctorum ap-
pellatione abstinendo, non vanæ gloriol
auram captaverim, quin potius ne pagelli-
rum harum moles præter opinionem, ju-
major excreceret, negat sapienter illud te
objunderem, quod hic semel ingenue
preslat. nimirum me rotam hanc dissipati-

nem quoad res, Justino, Virgilio, Tacito, Licio,
Curtio, Ortèlio, Mercatori, Cluver: Isaaco
Vossio, Varenio, Schultesio, Hofm. Funcio,
Bunoni, Puff. Descrip. Svec. Nob. Syll. Joh. Rö-
nig & Samsoni D. Abbeville, in totū & solidum
jam dudum tacita quadam mentis veneratione
aceperam talisse. Igitur, si tanti viri, hu-
manitatem suam denudando, in quibusdam,
defecerint, errores illorum pro exiguis ne-
vis in formosissimo corpore habe. Hac jam
sunt, de quibus eum judicium expiscari
placuit, quod si dexterè latus fueris, tuūq;
propter candorem, in meliorem partem ex-
plicaturus, quæcunq; à mea cenuitate, pro-
ficiisci potuerunt, non solum mibi calcarad-
des ad plura, verum etiam ad perpetua
quædam officia, me Tibi obstrictum reddes,
Vale.

CAP. I.

De Fluviis Europæ.

THEOREMA I.

Non pro solœcismo haberi debet, quod
Clarissimæ Europæ Flaviis, Disserta-
tionis meæ primitias consecraverim.
Cujus singularis præstantia, eximia digni-
tas, nobilitasq; penè divina Excell. Philippo

Cluverio, jure meritoq; hæc verba expressere. Primum ergo de Europa dicemus, longè terrarum celebratissimâ, cum ob armorum virtutem, cum propter literarum gloriam, quibus omni ævo reliqua orbis partibus attestit. Sed decens in ea regionum ordo, majori omnino lucta animum meum vexavit. Quæ sicut perplurimæ sunt, ita etiam singulæ suâ gloriâ, nobilitate, meritis atq; dignitatibus, splendent, fulgent, micant. Ideoq; me non leviter in diversa trahebant scrutinia; præsertim verò charissimæ Patriæ meæ antiquitatis splendor, ejusq; naturalis amoris radii, præcipuâ quâdam luce, oculos meos feriebant. Qvam ego molestiam, me sic superasse confido. Ut propriâ auctoritate heic nihil novi moliens, Exellentiss: Cluverio receptam methodum sequar, nec non theoriæ Fluviorum Hispaniæ, primam glaciem frangendam curem.

THEOREMA II.

§. I.

Omnes omnium temporum Geographos, haud in commodè in duas classes dividi, in præfatione magis candide & clarè ostensum; quam inani verborum strepitu, & infinitis ficalnearum rationum myriadibus comprobatum est. Sententiarum autem divorti

vortis, in quæ singuli de unâ quaq; re incubuerunt, aut fere sunt infinita, aut saltem tot, quot ingeniorum fætus, in utroq; ordine; defecatis animorum luminibus, obire licet. Hinc etiam factum, qvod vix duo, ut ortum, sicutum, itinerum modos, aut modorum varia miracula, taciturnitatis vel obducam, in fluviorum hujus vel illius Regni numero, convernerint. Utpote, qvi in enumerandis Hispaniæ tantum Fluviis, ita à se invicem distent, ut cœli terræque nimis diffusam intercapedinem, opinionum sciarum diversitate, imitari videantur. Qvarum ut pauciores, veteratum causarum sunt genuini partus: complures verò deformia quædam levitatis & ignorantiae monstra; Ita cum indignatione prorsus & rædio, has missas facere necessum habui. Illarum verò amœniores flosculos, qui adamantinis omnino gaudent radicibus, levi penicillo adumbrare. Imprimis verò certum Fluviorum numerum quod concernit, Celeberrimo Philippo Cluverio, qui & veteris Geographiæ indefessus fuit cultor, & novæ felicissimus Paren, memet unicè mancipasse, exceptis inelytis Patriæ fluvijs, quos ex alijs addere placuit, ingenue fateor. Qvo præunte septem hac vice Hispaniæ fluviij, ordine eidem recepto, sequenti hoc Theorem: in lucem prodibunt.

Theo-

THEOREMA III.

De Hispan. Fluvius.

§. I.

Iberus, qui ab antiquis, quibusdam censem
sentibus, *Elix* appellatus; Incolis verò *Ebro*, Gallis *Ebre* hodiè dicitur. Fluvius Hisp.
satis inclytus, & navigabili commercio di-
ves est. Habet suos fontes in ipsa *Cantabria*,
haud procul oppido *Juliobrisga*, sitos. Quo-
rum coēuntes rivuli, ferè ad urbem *Vad-
nam* aliis *Vadniam*, amabili quodam con-
jugio, instar maris & fœminæ, *Iberum* pri-
mo generant. Deindè Monte *Ocea* natura-
lem ejus aliisq; fluviis communem cursum
sufflaminante, ab occasu ad ortum, per plu-
rimis minorum fluviorum undis innutritus,
procurrit. Præcipue verò a dextro latere *I-
berum* auget *Bilbilis*, vulgo *Xiloca*, in cu-
jus ripa, Martiali Poëtæ natale solum fuit,
eiusdem nominis vrbis. Antiquis naturæ scruta-
toribus aqua *Bilbilis* videbatur idonea in-
durando ferro, unde & nobilitata. Sinistro
verò latere, Ibero miscetur *Sicoris* de quo in-
frà. Regiones, quibus commodis suis inser-
vit, sunt *Vetus Castella*, quam in duas par-
tes dividit. *Navarra* quam alluit. *Arragonia*
ab eodem distincta. *Catalaunia* & *Valentia*,
per quas in *Mare Balearicum* defertur. Ur-
bes insigniores, quas navium usu ditat, sunt:

Der-

Dertosa seu Tortosa, juxta claustrum Fluvia
sita, ubi & ingentis operis pons, mercium
exonerationi maximè inserviens, eidem arti-
ficiosè superstructus. Mora aliis Ibera, un-
de Fluvio nomen. Cesar Augusta seu Sarag-
oza, laudabili universitate clara. Variæ
ubi nunc Longronium. Ab hac urbe per 160.
millia passuum, usq; ad ostia ejus est navium
patiens; superior verò pars per omnia vix lin-
trium capax. §. II.

Betis, Vulgo nunc Guadalquivir, non ma-
gnitudine aquarum, sed naturæ ordine secun-
dus post Iberum est Hispaniæ Fluvius. Or-
tus ejus refertur ad Montem Argenteum in
confinio Murcie situm. Censet Hofmannus:
quod Bætis sit punica vox a ΠΩ BAT,
per noctare: propterea quod tribus in locis
stagnet. Primò in ipso fonte, secundò ad
Cordubam, tertio versus ostia, ubi Avernum
lachm sive Libystinum efficit. De hujus
Fluvii virtute canit, Mart:

Bætis oliviferâ crinem redimite coronâ,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Mediocris primò nascitur: in medium
autem Bæticam regionem proiectum, per-
plurimi Fluvii minores non parum augent.
Præcipue vero Singulis, cuius ortus affini-
tate urbis Granade & ejus Acad: facis est
clarus, Placido tamen alveo ad oceanum
usq;

usque fluctus suos promovet: adeò ut nulla
ferè molestia navigantibus, ex adverso flumi-
ne creetur. Multæ tamen naves ad scopu-
los allisæ, quibus Bætis passim obnoxius est
periere. Andalusiam in duas secat partes.
Urbium clarissimas irrigat: *Andujar, Cordu-
bam, & Sevillam*, Latinis *Hispalim*, tantæ
Magnificentæ urbem, & clara universitate
insignem, ut proverbium de se habeat: *Is
qui Sevillam non vidit, nihil mirabile vi-
dit.* Tandem ad *Fanum Luciferi*, se in Oce-
anum Gaditanum exonerat, ubi portus in-
signis, & quidem talis ut omnes naves su-
perioribus urbibus interdicere & excludere
possit, si velit.

§. III.

Anas, eodem ordine tertius est Hisp:Flu-
vius. Vulgò *Gaudiana*, quod idem est ac
Fluvius Ana, quia *Guad* Arabibus fluvium
denotat. *Ana* verò quid significet, Hofm.
in suo Lex: prolixè satis demonstrat. Orsus
hic fluvius secundum recentiores, ex *agro*
Iaminitano seu Campo de Montiel, *Lusitaniam* à *Bætica* distingvit. Primò nullis ad-
ventitiis aquis, liquor ejus turbatur: lon-
gius autem progressus, quosdam obscuros
fluvios secum in *Gaditanum mare* promo-
vet. De insalubritate hujus *Anatis* Buno ita:
Fluvius hic aquam babes adeò insalubrem,

ut ne pisces ejus, exceptis anguillis, probentur. Notabile de hoc fluvio (si modo verum) est illud, quod dicatur apud urbem *Mediolanum* Vulgo *Medelinò*, se totaliter cuniculo condere, post 6 autem vel 8 milia passuum apud urbem *Argamasillam* emergere. Hoc spatium ab incolis dicitur pons, super quo 10000 ovium pascuntur. Urbium Clarissimæ in ripa ejus sunt. *Mediolanum, Argamasilla, Merida* ubi & antiquus Romanus pons fluvio superstructus est. *Badajos, Extremadura* hodiè metropolis. A primis fontibus ad ostia 60000 passuum longus.

§ IV.

Tagus Vulgo Tajo vel Tejo. Celeberrimus hic, & Poëtarum scriptis maximè inclitus Hispani: Fluvius est. Qui aurea ramenta ut & Margaritas eum quandoq; evomisse dicunt. Ovid. Amor i. 15.

Cedant carminibus Reges, Regumq; triumphi;
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.

Nominis impositionem habet Hofm. unde eam desideranti patebit. Gemono fonte ex monte *Oropheda* descendens, *Castiliam novam, Lusitaniam, & Portugalliam* in aquales ferè partes distribuit; multisq; obscuræ famæ fluviis auctus, propè *Ulyssiponem* dum magno æstu in Oceanum decurrit, 440 passuum itineribus confectis. Urbium quas

pene-

penetrat clarissimæ sunt, *Toletum*, in umbili-
co Hisp. Acad. Archiepiscopali sede & ve-
teri quadam arce insignis. *Libora* seu *Tala-
vera*, olim *Elbora*. *Norba Cæsarea* seu *Al-
cantara*, antiquo Romano ponte memora-
bilis. *Scalabis* hodiè *Santarenum*. a D. Irene
virgine ibi martyrium passà, nomen habens.
Ulyssippo, seu *Olisippo*, nunc *Lisbona* seu *Lisboa*,
omnium Hispaniæ urbium maxima, & se-
ptem collibus imposita. *Portus* ejus apud
Historicos maximè memorabilis. *Pilcius*
& ostrearum *Tagus* maximè ferax est.

g. V.

Durius, vulgo *Duero*, quintus & maximus
Hispaniæ fluvius est. Propè *Numantiam*
excisam, Vulgo *Almasan*, primum è terræ
canalibus placido alveo prosilit. Deinde
Pisorace, *Tormes*, aliorumq; per plurimorum
fluviorum undis rapidior factus *Afures* &
Vestones, *Gallecos* & *Lusitanos* disternans,
magno sanè impetu, urbem *Portum* præter-
vehitur & paulo inferius in Oceanum devol-
vitur. Alluit urbes; *Soriam*; *Oxanam*, *Val-
lisfoletum* seu *Valladolid*, quæ tamen superius
ad *Pisorace* ripam sita est, Acad: & totius
Legionis juridico conventu non minus cla-
ra; quam magni illius Argonautæ *Christoph.*
Columbi seu *Coloni* morte memorabilis. Qui
A: Christi: 1506. die 20. Maij ibi fatorum leges
imple.

implevit. *Camore* nunc *Samora*, *Lamego*,
Poreus. à primis fontibus ad ostia usq; 480.
mill: passuum itinera facit.

§. VI.

Minius aliter *Mino.* Oritur in *Gallatia*,
juxta vicum *Castro de Rey* sive ex *Asturorum*
finibus de quo scriptores nihil notabile pro-
didere; præter hoc quod regio quam bissecat,
sit æris, plumbi, & minii uberrima, unde
fluvio nomen. *Urbium* potissimas alluit.
Lucum Augustum seu *Lugonem*, *Oriensem*,
Deinde fluvio *Avidâ* aliisque auctus, *Tiden*
seu *Tuy* urbem rigat, & apud oppidum *Ca-*
minam aliis *Canubam* in *Mare Atlanticum*
effunditur.

§. VII.

Sicoris seu *Segre* aliis *Agua Naval*. sub
Pyrenæis montibus oriens, per totam *Cata-*
launiam in *Iberum* decurrit. Ad hunc C.
Cæsar, Pompejanos duces *Petrem* & *A-*
franum, siti ad deditioñem compulit. Ha-
bet in sua dextra ripa urbem *Acad:* & ve-
tustatis monumentis clarissimam, nom: *Iler-*
dam seu *Leridam* *Lucan.* lib. 4.

- Super hunc fundata, vetusta (dis-
Surgit *Ilerda* manu: placidis prælabitur un-
Hesperios inter *Sicoris* non ultimus amnes:
Saxeus ingenti, quem pons amplectitur arcu,
Hybernæ passurus aquas Ec..

In sinistra verò ripa, ubi Ibero confunditur,
habet *Carthaginem* veterem ab *Hamilcare*
conditam.

THEOREMA IV.

De Galliæ Fluviosis.

§. I.

Utre istius methodi, quam initio mihi observandam proposui; Clarissimis scriptoribus memorabiles Galliæ fluvios, secundo loco, simplici adumbrabo minerva. Horum Cluverio sex numerantur. *Mosa*, *Scaldis*, *Sequana*, *Ligeris*, *Garumna*, & *Rhodanus*.

§. II.

Mosa Germ. die *Mase*, *Gallis la Meuse*. Insignis Galliæ Belgicæ fluvius est. Ex monte *Vogeso*, non procul e *Lingonum* finibus, primò uno alveo, ad urbem usq; *Megen* in *Geldria* procurrit. Et infra eam, vix minimam sui partem, bino alveo, circumdato D. Andreæ munimento, Vahali communicat. Nihilò minus tamen alveum spatio aquarum majorem retinet, qui sub nom. *Mose* ad vicum usq; *Bachoven* devolvitur. Indè verò ad arcem usq; *Loefsenium* diversus alveus, *Novus* dicitur *Mosa* Vulgo de *Niue Mase*. Oppidum verò *Gorichonium* prælapsus, geminum fert nomen! dicitur enim, de *Niue Mase*, & de *Merwe*, ad *Fla-*
redin-

redingam usq; oppidum. Infra id verò sim-
plici vocabulo ad Oceanum usq; Mosa au-
dit. Hoc verò hic observandum, quod Mo-
sa illius veteris inclytus alveus, & apnd Ta-
citum memoratum flumen, ab oppido Me-
gen, in illas terras certo alveo deveha-
*tur, quæ jam in dextra ejus ripa *Huesden*,*
*in sinistra verò *Gertrudenberg* oppida, susti-*
*nent, nullis in *Vabalem* aquis transmissis.*

§. III.

Scaldis. Scaldium Cæsari. Ptolomæo Ta-
buda. Vulgò Scheld. Joh. König Staldis.
Gallis l' Escaud. In Veromanduis primò sca-
turit, seu in ipsa Picardia, paulò supra
Montem S. Martini & Castelletum arcem,
Vulgò le Castellet. Initio multis torrentibus
auctior redditur. Longius autem proiectus
Scarpæ & aliorum amnium perplutimis con-
jugiis ditescens, per Flandriam & Barbanti-
am decurrit. Deinde bino ostio infra Antver-
piam, uno per Walachriam, magno cum fre-
mitu in Oceanum devolvitur, undè & ipsi
nomen Hont à latratu. Altero verò per
Scaldiæ insulæ littora, in eundem grandi ac
spatiose littore immittitur. Urbium Clari-
simas irrigat: Cameracum maximè permu-
nitam. Vulgò Cambray; Valencenam Vulgò
Valenciennes seu Valençbiennes. Marcia-
nam Vulgò Marchienes nobile virginum Mo-
naster.

*Masperium. Tornacum, Gall. Tournay Germ.
Dornik, cum valida ac recens extructa ar-
ce permunitam. Gandavum, ubi recipro-
cantis oceani æstum primò sentit. Tenera-
mundam, Rupelmundam & denique Ant-
verpiam.*

§. IV.

*Sequana aliis sequanuus. Vulgò seine. In
Burgundiæ finibus propè cœnobium S. Se-
gnani, Vulgò S. Seyne primum emergens,
Campaniam Gall. Champagne. Franciam
Gall. la France. Normanniam Gall. Nor-
mandie, interfluit, &c mare Britanicum
petit. In itinere, ab urbisq; latere miscen-
tur ei innumeri ferè minores fluvii, quo-
rum notiores sunt. Albulæ VI. Aube Icauna VI.
d' Yonne Matrona. V. la Marne. Esia, Gall. l' oï-
se. Urbiū quibus coronatur, Celebriores sunt.
Castillio, Vulg: Castillon. Barrum, V. Bar ad
sequanam, quia alia ejusdem nominis Albu-
læ fluvio adjacet. Merium, Vulg: Mery, Me-
lodunum, Vulg: Melun en Castinois. Lute-
ria aliis Paristi vel Luteria Paristorum, Im-
perii sede & nobili Universitate clara. Ro-
romagus, Vulg. Rovin. Urbs maximè opu-
lenta, ArchiEpiscopali & Parlamenti sede in-
signis. Demum inter Urbes, Hunslutunz
Vulg: Honstreu, & Harfleu vulg. Harfleu, quarū
priorē in sinistrum, posteriorem vero in
dex-*

dextrum littus, relinquens, 10000 possessum,
spatiose æstuario, se in *mare Britannicum*
exonerat. Refuit illud quotidiè bis ad *Par-*
risos usq;, qvo naves fert onerarias, ultrè 1400
vini cados continentes.

g. V.

Ligeris, aliis *Liger*. Gall: *la Loire*. Hic
Gallæ Fluviorum verè est Rex, cum propter
magnitudinem nimiam, tum commoda pro-
pe innumera, quæ suis accolis, imò toti Gal-
liæ Regno præstat. Multas enim urbes, &
Musarum Palæstris insignes, & artibus ma-
nuariis memorabiles, in suis & ramorum su-
orum ripis fovet. Primo alveo a radicibus
montis *Gebenna*, ex *Avernorum* finibus, de-
currit. Et quidem leni tractu, navium adhuc
impatientis per *Velaunorum*, *Segusanorum* &
Niverninorum regiones labitur: aliis vero
per plurimis flaviis, spatiose & navigabilis
factus. Clarissimorum vero imprimis ei mi-
scetur: *Elae* vel *Alier* urb: *Molino*, ubi optimi
cultelli conficiuntur, memorabilis. Deinde
Eura *Vulg.* *Auron*, urbe *Casteauneuf* vel
Viarons & ejus florentissimâ Acad. *clarus*.
Clanis, *Vl.* *le Clain* vel *le Din*, Urbe *Pitavio*
Gall. *Poitiers* & ejus Acad. *inclytus*. *Medua-*
na, *Vl.* *le Mane*, Urbe, *Andegavo* quæ & *Ju-*
liomagus, & ejus Universitate nobilitatus. Ur-
biuum, quarum usibus ipsius *Ligeris* Alve-
us in.

us inservit, clarissimæ sunt. *Rodumna* Segusianorum, ubi primum navigari incipit. *Genabum*, prius *Cenabum Carnutum*, Gall. *Orleans vel Gyen*, Acad. memorabilis. *Salmurium*, Gall. *Saulmure*, sede Acad. Nobilitata. *Nantes ad ostia ejus*, ubi tandem se in Oceanum exonerat. Olim propriis comitibus, deinde Ducum Aula; nunc Episcopali & Academiæ sede, alrisq; ornamenti maxime clara.

§. V I.

Garumna, Vl. Garonne. Primò se sub radicibus montium Pyrenæorum ostentat. Deinde *Aquitanos a Celta*: prov. Narbonensem primam & Aquitaniam secundam a *Novem-populana* provincia & *Aquitania* tertia dividens, in Oceanum Aquitanicum se exonerat. Superiori suâ parte, nisi nivibus resolutis, & hyberno imbre intumescens vix navigabilis; inferius verò ubi propius ad ostia vergit, & multis aliis fluviis accrescit, sèpius turbulenti pelagi instar existuat & præternavigantes, jaçat. Urbium clarissimas, *Gazumna* fœcundat. Non procul ab origine *Sontiarum Oppidum*. *Tolosam Vl. Thoulouze*, Acad. insignem. *Agennum, Vl. Agen*, cuius circumiecta regio mite fertilis & rigua est. Propè ostium *Burdegalam*, Gal. *Bordeaux*, universitate insignem. In medio ostii, quam

la Bouche de Garone vocant, scopulo cui-dam insidet turris, admirandi operis, a Ludo-vico 14. magnificentissimè extructa, ubi ignis noctu navigantibus prælucet.

§. VII.

Rhodanus, vñ. *le Rosne*: nascentis verò flu-minis accolis *le Ros*. Nonnullis maximus europæ fluvius, excepto *Danubio* & *Rekno*. Magno tatis impetu, vchementiq; alveo, ex Alpium jugo, quod vñ. *Furca mons* dicitur procurrit. Navigabilis autem non est, pri-usquam per *Lemanum lacum* delapsus, Ara-ris Vulg. *la fosne*, advenis aquis locupletior factus, grandissimarum quoque navium pa-tiens redditur. Præsertim pluribus minori-bus auctus, ut: *Isara* Vulgo *l' Isere*, urbe *Gra-nianopolis* Vulgo *Grenoble* & ejus Acad: clarus. &c. Urbium quibus nobilitatur po-tiores sunt *Geneve*, ad *lacum Lemanum*, Aca-demia ut & civium libertate nitida. *Lug-dunum* Gall. *lyon*, in colle imminente *Rho-dano* & *Arari*, egregia Acad: & commerciis florens. *Valentia* Gall: *Valence*, in regio-ne *Segovellanorum*, Acad: insignis. *Avenio* Gall: *Avignon*, Universitate inclyta. Pau-lo post tribus ostiis mari mediterraneo se im-mittit, de quibus vid: Hofm. Mirabile planè de hoc fluvio illud est, quod *Lemano lacu* ex-

ceperus, impetum teneat, seq; per medium a-
gens, quantumcunq; venit, egrediatur.

THEOREMA V.

De Britanniae Fluviosis.

§. I.

A Continente Europæ solo, ad Britannicas insulas tranare, nullum mihi videtur commodius iter, quam fretum *Pas de Calais*. Saltando superare: ubi Oceanus Britanicus in arctissimas fauces, a Britanniae majoris, & Galliæ littoribus, compellitur. Harum de fluviosis variis variis luci dederunt discursus: Sed quos nec leviter libare, mihi hac vice fas est; cum harum pagellarum angustiâ, propositam methodum persequi juberet, ita ut tres tantum Britanniae Majoris fluvios hoc theorema quintum exhibeat.

§. II.

Thamesis, Britanniae fluviorum celeberrimus est. Cujus fontium unus in *Glocestriæ* finibus conspicitur. Alter verò in ipso Comitatu *Oxonienſi*. Horum rivuli, *Iſis* & *Tame*, ad urbem *Douceſtriam* concurrentes, multo quasi nominum & aquarum conjugio, *Tamesin* primò gignunt: Longius autem diapsus, perplurimos minores fluvios ab utroque latere excipit, quorum potissimi, Anglis VI. dicuntur, *Kenet*, *Cheſne*, *Col*, *Ley*, *Medway*.

way. Urbium ei adjacentium, nobilissimæ sunt: *Oxonium VI. Oxford.* Incomparabili Musarum domicilio, per celebris *Sinclytæ.* *Windsora Londonum VI. London,* Britannis verò *Caerlud,* metropolis Angliæ, Imperii sedē, Parlamento, & studiorum Palæstra insignis. *Greenvicum, Angl Greenwich.* Tandem ad iusulam *Skeppes,* mari germanico magno quodam æstuatio miscetur. Ad hunc fluviū C. Julius Cæsar, cum Britannis primò terribilis fuisset, appulit.

§. III.

Sabrina vel scavern, secundus Britanniae fluvius. Hunc Mons *Plymmon* & Comitus *Mongomeriensis* primò vident. Unde statim tot curvaturis & flexibus devolvitur, ut redditum ad suos fontes facile persuadeat. *Val- liam* ab ipsa *Anglia* disterminans, in *Hy- bernicum* mare sese exonerat. Urbium clarissimas; *Salopiam VI. shreusbyri Wigorniam VI. Worcester;* de hujus urbis collegio sacerdotes uxorati A. C. 960 a Rege Eadgaro, pusi sunt. *Theociuriam, VI. Tewkesburi,* apud Britannicos historicos in descriptione prælia, *Lacastrensi* familiæ funestissimi, sa- pius obvia. *Glocestriam, VI Gloucester,* & ad ostium, *Bristolium* alluit & irrigat.

§. IV.

Humber vel Umber, aliter *Habus,* *Abupus* vel

vel Abus: latissimus Britanniae fluvius. Vel potius æstuarium quoddam, ubi fluvii: *Dreventio*, *Urus*, *Ara* & *Trenta*, aquas suas miscent. In hujus sinistro latere, urbes *Hondon*, *Hull*, *Warbam*, & *Kelnesey*, apparent; dextro vero littore *Barton*, *Thorten*, *Grunshy* & *Salsfleet*, conspicitur. De hoc & Thamesi nonnulli scriptorum illud observarunt, quod nivibus liquefactis, vel pluviis abunde cadentibus, non intumescant.

THEOREMA VI. De Germaniae Fluvibus.

§. I.

In quantum res cum temporibus mutantur, vel hinc judicatu facilimum erit: Quid terris informem, montibus asperam, cultu, aspectuq; tristem, in universum sylvis horridam, aut paludibus fædam, utrisq; inviam, veteres Germaniam depinxerint. Quam nunc terrarum cultu, urbium splendore, ædificiorum magnificentia, Musarum Domiciliis, morum elegantia, & religionis puritate, non solum cum cultissimis facilime posse couferri, quin & reliquis ferè omnibus Europæ regionibus longe præferri, sequens fluviorum ejus, quamvis umbratilis & opaca pictura, luce tamen meridiana clarius, in illustri lucis proscenio collocabitur.

§. II.

§ II.

Rhenus. Germ. der Rhein vel Rhyn/Gall: le Rbin. Batavis de Rhyn. Bino fonte, ex summis illis alpium fugis, Gotthardt & Adua oritur. Qvorum rivulorum, septentrionalis dicitur der Bordere Rhyn: meridionalis verò der Hindere Rhyn. Ab ipsis cunis brevissimo spatio emenf, mutuisque undis corroborati, Curiam uno alveo præterlabuntur. Loco scaturiginis meridionalis, refertur sacelli, qvondam Nymphis dicati, ru- dera adhuc cerni. Deinde Constantiensem lacum seu Brigantinum, Vulg. Bodensee, Rhenus petit. Indè verò erumpens, Constantiam scaphusamq; rigans, Svevia ab Helvetia distinguit. Postea, Arola, Helvetiæ fluv: excepto, Valdhusiam, Laufenburgum & Rbenofeldiam præterlabens. Basileam urbem Acadmeia in signem alluit. Hinc per Alsatiam tendens, juxta Novoburgum, Brisacum & propè Argentoratum, Vulg: Strasburg, urbem Musarum Domicilio nobilitatam, fluit. Longius progressus, Stolboffam, Philippoburgum, Spiram, Manheimum rigat. Ubi fluv: Neckar, Heidelbergensi urbe & ejus Acad: claro auctus, Wormatiam & Oppenheimum pretervehitur. Hinc ad Moguntiam Vulgo Mens/ literatum sede, & decem annorum ingenti labore, mirabilique opere, iussu C. Magni, ex-

eructo ponte ligneo 500. passus longo: postea
verò paulò ante mortem Imperatoris, omi-
noso quasi incendio, tribus horis deleto, ma-
xime memorabilem; *Menam* fluvium, ad
qvem *Francofurtum* conspicitur, recipit. De-
inde juxta *Ingelheimum*, *Bingum*, *Baccha-
racum*, & *Vesaliam* superiorē, devolvitur.
Ulterius Trevirensi ducatu in duas partes di-
viso, *Mosella* fluv: augetur, qvi *Treveranam*
urbem, Vulg: *Trier*, Acad: nobilitatam, alluit.
Postea, *Rhenus* ad *confuentes* Vulg: *Coblenz* &
Antenacum, *Coloniā Agrippinam* urbem
ingentem, populosam, munitam. Acad: A.
C. 1388. fandatā, & *Agrippinæ Neronis Ma-
tris natalibas*, undē & ipsi nomen, maximē
inclytam. *Duseldorpium*, *Ordingam*, fuit.
Hinc per Clivensem ducatum, *Duisburgum*,
ubi *Ruram* fluv: imbibit, *Orsoviū*, *Rhenaber-
gam Vesaliām* inferiorem, ubi *Lippiam* fluv:
excipit: *Reesum* & *Emericum*, ingentes ripa-
rum suarum amoenitates, fovet. Tandem
ad arcem *Schenkiam*, in duo cornua dividi-
tur, qvorum sinistrum, *Noviomagum* Vul:
Nimwegen tangens, & in *Mosam* impetum
dirigens, *Vahalis* dicitur. Dextrum verò
Trajectum inferius Vulg. *Bitterli* petens,
omni ferè vehementiā amissā, à *LugdunoBa-
tavorum* Vulg: *Leyden* Conspectum, inter vi-
cos *Kanwijk* & *Noorwijk*, Oceano german-
nico

nico miscetur. Hoc antiquus etiam Rheni
alveus est, quem crebræ Oceani irruptiones,
sæpius retroactis aquis; magnaq; acre-
marum mole congesta, ita obstruxerunt, ut
indè ad meridiem spectantes regiones, novo
ostio secare, coactus sit, quod jam dicitur
Leek, & urbem *Schoonhawen* alluens, oceano
excipitur. Longitudo hujus fluvii à primis
fontibus ad ostia ferè 100 mill. Germ. mensu-
rari potest. Plura qui cupit de *Rheno*, & ipsius
nominis derivatione, adeat Lex. Hofm.

§. III.

Amasius, *Amasia* vel *Amisia*, Vulgo *Ems*,
habet suos fontes in *Vestphalia*, & Co-
mitatu *Ravenspergenſi*, non procul ab urbi-
bus *Ridberg* & *Delberg*. Inde procurrentes,
Urbes *Munster*, *Greve*, *Lingn.* *Meppe*, *Imer-
dum* & *Emden*, magna riparum suarum or-
namenta alluit; nec non in Oceanum Germ.
paulo infra *Emdam*, devolvitur. $30\frac{1}{2}$ mill:
Germ: à primis fontibus in longitudinem
progressus.

§. I V.

Visurgis Vulg: *Weser*. Primum in Franco-
niæ finibus ex *Meliboco Monte* profiliens, *Vee-
ra* vel *Wer* dicitur. Propè *Smalcaldam* urbē
protestantium conventu celebrem, *Isenacum*
& *Allendorf* labitur. Ad Mundam verò *Ful-
da* Fluv. auctus primum *Visurgis* aut *Weser*

i. e. aquæ seu flumina, audit. Deinde magno alveo, Hoyam, & paulo infra Verdam Allera receptâ, majori adhuc, Bremam, Stosel, & Dresdam præteriens, Oceanogermanico sese insinuat. Mundâ caprâ, à viatore Tillio, Anno C. 1626. in huncfluvium 2500, occisorum civium projecti sunt. Longitudo ejus à Mundâ ad Ostia usq; est 40 mill. Germanorum communium.

§. V.

Albis Vulg. *Elbe*. In Bohemiæ finibus, e valle Montu Gigantei, Vulg. der Riesenbergl quæ accolis dicitur *Vallis Diaboli*, der Teufelsf Grund primo alveo procurrat. Deinde per Bohemiæ, Misniam, & Saxoniam 86 mill. germanorum itineribus consecutis, inter Ditmarsiam & Keidinger lant, Oceano infunditur. Fluviorum, quibus subinde ditescunt, potiores sunt, *Molda*, urbe *Praga*, Joh. Hussi doctrinâ non minus beata, quam Bohemorum regum & Musar: nitidissimâ sede insignis, *Egra*, *Sala* & *Ortella*. Urbium maxime memorabiles in utraq; ripa sunt! *Dresda*, Misnia nobilissimum caput, quam in duas partes divisam, stupendæ artis, lapideus pons, continuam reddit, Misnia, Torga, Wittenberga, antiquis *Calegia*, Lutheri concionibus & literarum domicilio clara, *Magdeburgum*, olim *Parthenopolis*, i. e. *Puellarum* urbs

urbs, quia Veneris simulachrum in curru stantis, cum tribus Gratias ibi colebatur. Hujus urbis laudes, quidam his versibus depictum:

*Nobile se nobis Magdeburgum ostentat, & altas
Insignes turres ac templa extendit in auras:
Salve urbs pace potens, salve clarissima bello,
Nomine Partbenopen referens, lacedamona
factus.*

Luneburgum, Urbs Sax. inferioris insignis, aedificiorum superbiæ, salinis & opum copia clarissima. *Hamburgum*, urbs Holsatiæ maxima. *Gluckstadtum*.

§. VI.

Trave. est parvus quidam stormarie fluvius. Ibi & oritur, ac brevissimo quodam spatio, & flexu quasi semicirculari, Urbes: *Segeberg*, *Odeste* & *Lubek* irrigans, juxta *Travemundam* in Balticum mare erumpit.

§. VII.

Viadrus, aliter *Viadus*. Germ. *Oderis* ab auxupibus, qui passim circa hujus fluvii fontes extructas casas avium captandarum causa, *Odre* dicunt. Primo fonte in *Silicie* & *Moravia* finibus, non procul ab oppido *Oderis* comparens, per *Silesiam*, *Marchiam* & *Pomeraniam*, in lacum das gross Haff decurrit. Unde dupli, vel ut quibusdam placet tripli

plici ostio mari Baltico miscetur. Urbium clarissimas in utraq; ripa sustinet: *Prestavi-*
m, *Glogaviam*, *Fmncofurium Acad.* laudabili nobilem, *Custrinum & Stetinum*, eximiā in Suecos fide, clarissimam. Aliis minorebus flaviis subinde augetur, præcipue verò *Bobero*, *Neiffā*, & *Wartā* poloniat fluvio. Longitudo *Viadri* est 70 mill. Germ.

§. VIII.

Vistula, *Vistulla*, *Istula*, *Visula & Bisula*,
hodie *Wrissel*. Antiquos apud auctores variis nominibus occurrit. E monte *Carpato* in *Teszinensi ducatu*, haud longe à *Viadri* fontibus, primò dimanans, *Cracoviam Poloniæ Imperii* sedem, *Warsaviam*, *Thorunium*, *Chulmiam*, *Graudentiumq; alluit*, nec non paulo supra arcem *Heust*, in duas dividitur partes, quarum ad orientem spectans & *Nager* dicta, in finum quendam nomine *Frisch Haff*, effunditur. Occidentalis verò infra *Dantiscum* in mare *Balticum* labitur, insulam *Neringam* magnâ ex parte ambiens. Præter nonnullos ignobiliores rivos, quibus *Vistula* intumescit, celebrioris famæ fluvios recipit, *Villocum* aliter *Vyslok*, *Bugen & Dziewentem*.

§. IX.

Danubius vel *Ister*, fluviorum Europæ facilè princeps, de quo græci & Latini auctores

res multæ memoriarum præsidere: Nomina illa promiscuè universo fluvio à quibusdam attribuuntur; nonnullis vero hæc cum distinctione, ut pars superior *Danubius*, inferior vero & ostius magis vicina, *Ister* dicatur. Hujus Fluminis non minus quam Rheni parentem se *Svevia* jactat, ut Claudiani volunt versus test. Hofm.

* * - - *sublimis in Arcton,*

*Prominet Hercynia confinis Rhetia silvae,
Quæ se Danubu jactat, Rheniq[ue] parentem,
Utraq[ue] Romuleo pretendens fluminare regno.*

Ibi etiam in mediocriter edito colle primò nascitur, propè oppid. *Villingam*, & iadè devolutus, *Dutlingam*, *Fridingam*, *Ebingam*, *Ulmamq[ue]* Sueviæ urbes rigat. Quibus relictis per *Bavariam* juxta *Neoburgum* & *Ingolstadium* urbem Acad. clarissimam, *Ratisbonam* Vl. *Regensburg* Urb. antiquam populosam & amplam, olim *Augustam Tiberij*, nonnullis vero *Coloniam Quartanorum* dictam, quod *quarta legio Italica*, hic stationem perpetuam haberet, habitur. Ad hanc *Danubius* operâ Imperat: Henr. v. tali ponte lapideo junctus, cuius parentem nec *Danubius* nec *Rhenus* vidit. Hinc ad *Straubingam*, *Deekendorf* & *Pataviam* Vulg: *Passaw* amplam quidem sed totam fere ligneam contendit, ubi relicta *Bavaria* *Austriam* in duas

duas partes secando Lintium VI: Lintz & Viennam, Imperii Romani sede ac nobili Acad: insignem prætervehitur. Postea, Hungarie fines ingressus, Posonium VI: Presburg, Arrabonem VI: Rab, Komariam, Strigonium VI: Gran, Vaciam, Budam, Coloczam, Taurunum Italù Belgrado, Nander Alba Hungaris, Griechisch Weisenburg / Germanis, rīgat. Sie relicta Hungaria Ister dicitur, & inter Vallaciam, Bulgariaam ac Moldaviam, in Pontum Euxinum sex ostiis: Thiagela, Borea, Falso, Pulchro, Nrecio & Sacro, qvorum duo tantum sunt, navigabilia, tanto cum impetu effundit, ut per Viginti leue: in Mari dulcis habeatur. Ubi primo conspicitur vix est anseribus navigabilis; aliis verò allabentibus flaviis subinde auctus, in immensam prope magnitudinem tandem exerecit. Sexaginta fere navigabiles sunt fluvii, qvos ab utroq; latere recipit; quorum potiores in Svevia sunt Ilera & Mindela: In Bavaria, Licus, Almonius omnium Germ: fluviorum pisculentissimus, Nabus, Regen & Isara. In Austria, Ilza, Traun, Enzeus & Moravus. In Hungaria Leitha, Vogus Arrabo, VI: Rab, Grana, Drauus, Tibiscus & Savus, In Vallachia verò Bulgaria & Moldavia. Moscas, Aluta, Cibruis, & Hierosso. Longitudo universibu-

jugis fluvii à Jornand: teste Hofm: nullum ducentorum millia passuum collecta est. Latitudo adeò magna ut ab Ovid: l. 5. Tristium quasi per Excellentiam Latus, appelletur. Profunditas denique ejus in pluribus locis 200. pedum esse dicitur. Varias vix splendidae magnitudinis insulas fovet. Aquæ seri colorem habentes, ad potandum atque balneandum, s̄vaves, utiles, salubresque vehit, optimorum piscium copia abundat. Rationem nominis gestiens adeat Lexic. Hofm:

THEOREMA VII.

De Italiae Flaviis.

§. I.

Fluminum Germ: cataractis sic breviter ob oculum positis; ebullientes corundem scaturigines & ornamenta sumnia, in *Italia*, solicita circumspicere mente, ratio instituti jubet; ubi quæsumum usum, *Padus* primò præstabit.

§. II.

Padus VI. *le po*, Germ: *Paw*. Græcis *Eridanus*, *Phætonis pœna* apud Poëtas multum nobilitatus. In *Alpibus* & *Vesulo* monte, parvis se primum fontibus colligit; ideo exilis & macer, *Salutias* præterfluit; aliarum verò aquarum accessione auctus, jam ditior

Germania

*maniolum; Corinianum, August: Taurinorum
VI: Turin, Verucam VI. la Chiuse, Crescen-
tium & Tridinum urbes rigat. Deinde re-
licet Sabaudiae oris Casalem urbem alluens,
ac Mediolanensem ducatum penetrans, Va-
lentia, Placentia & Cremona, urbibus ex-
cipitur. Tandem per ducatum Ferrarien-
sem, magnâ granditate opimus, & 30. mi-
noribus flaviis innutritus, per sepm ostia
Adriaticum mare perfundit; sed de iis con-
sulatur Hofm: hodie qvippè non agnoscit
nisi quatuor. Fluviorum minorum Padus.
potiores, in Sabaudiae Ducis ditione imbibit:
*Varetam, Mairam, Maleam, Dorianam mi-
norem & Majorem, Servam, Sessiam, & flu-
ram: in Mediolanensi ducatu; Tanarum,
Trebiam, Romanorum clade illustrem, ubi
Hannibal Sempronium cum omnibus Roma-
nis, suâ hieme vicit. Ticinum, Verbanum
lacum, nunc Lago Magiore, transiens, urbe
Tieino VI; Papia vel Papia & ejus Acad. in-
signem. Adduam VI. Addam, Larium la-
cum nunc lago di Como, pertluens. In Man-
tuana ditione: Parmam urbe Parma & ejus
Acad. clarissimum. Ollium, nunc Oglia,
lacum Sebinum, nunc lago d' Isèo pen-
trans, Minium, nunc Menzo, lacum Be-
nacum nunc Lago de Garda percurrentes**

*& Mantua urbe per celebris. In Ferrariensi
duatu, Rhenum vi. Reno, urb: Bononiae vi. Bo-
logna & ejus Acad: memorabilem. Longitudo
hujus est 285 mill: magnorum Italicorum, quo-
rum 60 uni gradui respondent.*

§. III.

*Athesia, Germ: Erzsch: VI: nunc Italica Adde-
se vel Adige, in finibus Rhætorum & Vallis
Venusia ortus, Per Tirolensem ducatum, Tri-
dencinorum fines, Urbem ipsam Tridentinum
Italis Trene, famoso illo consilio, quod com-
muniter dicitur Tridentinum, per celebrem,
& a Theodorico Ostrogothorum Rege muro
cinctam, rigans. Veronam clarissimam vene-
tiae urbem, quæ quatror pontibus Athesia
nestit, interluens, longo tractu Pado paralle-
lus, haud procul urbe Brundusia, 120. mill:
Italie: itineribus confectis, in mare Adriati-
cum decurrit.*

§. IV.

*Arnus VI: Arno, rapidissimus Tuscæ fluvius,
ex Apenninis montibus procurrens, per urbem
Florentiam & Pisam, florentissimam Acad: in-
signem, Ligusticum mare petit. Longitudo
hujus fluvii est 96. mill. Italicorum.*

§. V.

*Tiberis, VI: il Tevere, ex Apenninorum
Montium Falterona, profiliens, per Floren-
tium agrum, ad Perugiam Urb: Musarum se-*

de insignem contendit; longius verò devolutus, Janiculum à Româ dirimens, duobus ostiis, quorum unum arenis obstructum, Tiberio mari sive Tyrrheno 12. mill: infrâ Romanam sese immittit. Fluviorum potissimum augetur Tiberis à dextra ripâ, Clani VI: Chiana: a sinistra Nare VI: Nera & Aniene VI: Teverone. Urbs Roma ejusque conditor Romulus, hoc flumen illustrissimum reddire; adeo ut res omnes ad id gestas, miltijugi voluminis vix esset capere. Exundationes illius sunt maximarum calamitatum Portenta. Long: 120. mil: Ital: mensurari potest.

§. VI.

Liris VI. Garigliano vel Gariglia, antea Clavis & Glanis. In ipsa Campania ortus, eamq; & Latium placido alveo interluens, Urb: Minturnae, quondam claram, nunc autem excisam, e cuius ruinis Trajectum oppidul: natum, VI: Trajetto, aliquot minoribus ditatus, praterfluit, & sinui Neapolitano sive Tyrrheno mari miscetur. In paludibus Mantis turnu vicinis, Marius delitescens, Savitiam & persecutionem Syllæ effugit.

§. VII.

Voltumnus sive Vulturinus, olim Athurnus, in Samnio fontes habens, per Campaniam & urbes Venasrum, Telefiam & Capuam ad Vulturnum Urb: in Tyrrhenum mare effunditur.

Sunt

Sunt etiam perplurima alia Italiæ flumina, pallissim apud Scriptores obvia, sed quoniam & sunt parva & pagellarum harum angustiæ, ea per omnia persequi vetant, potiora tantum eorundem, verbo indigitasse juvabit. *Silanus* vel *Silaro*, in *Tyrrhenum* mare sive *fluum Salernitanum* decurrit; Itadicitur hic sinus à Salerno urbe ei vicina, cuius Doctores librum, Scholam Salernitanam, seu Salerni, inscriptum, conscripserunt, quo tanquam honorario aliquo emolumento, Richardum secundum, aut Edvardum primum Angliæ Reges, in itinere ad terram Sanctam constitutos, Professores Salernitani, adornarunt. *Sybaris* nunc *Cochile* in *Jonium* mare devehitur. *Cnathis* in idem effunditur. *Aufidus* nunc *Lefante*, *Apuliae* fluvius, ex *Hirpinis montibus* oriens, in *Adriaticum* mare sese immittit; ad hoc propè *Cannam*, Annibal Romanos profli-gavit. *Aternum* nunc *Pescara*, in *Adriaticum* mare erumpit. *Mesurus* nunc *Metro*, Has-drubalis, Annibal's fratre, contra Neronem & Livium Coss. Domicantis, sinistra fortuna & morte, famosus, in *Adriaticum* mare sese exonerat.

THEOREMA VIII.

De fluviis Græcia adjacentibus.

§. I.

Acberon. Vulgarissimus Poëtarum carmine-C 3 nibus

nibus Epiri fluvius, Acherasia Thesprotie pabuludus Soholes est. Epirum medium secans, Pandosiam urbem præterlabitur. Dodone deinde aliisq; flaviis receptis, Dodonam Urb: alluit, &c 22 mill: Ital: Comm: emensus, in Jonium Pelagus sese exonerat. Est & alius hujus nominis fluvius in Italia, Lucanos ab Appulis disternans, & Urb: Pandosiam in ripa sustinens, quæ Alexandro Molossorum Regi fatalis fuerat locus, cum Tarentinis cœpem istucus, adversus Brutios Lucanosq; dimicasset: Dodonæ enim Jovis oraculo, quod amnem Acherasiam nec non Urb: Pandosiam caveret deceperus, patriam fugerat, ubi solum hoc flumen, hanc urbem esse putavit. Iust: lib: 12 cap. 2.

§. II.

Achelous, Acarniam ab Ætolia dividens, Epiri ejusdem fluvius est. Nomen habet ab Acheloo Rege, ab antiquis verò dictus Tessius & Azenus sive Axenus, Aspropotamo, Cærocbi, Geromlea, & à celeritate Thoas, ab incolis Acarnas nuncupatur. Oritur hie in Pindos monte, undè devolutus, Amphiliobiam sinistra, Pleuronam verò recentem & Stratiam Urb: dextra ripa rigans, contra Echinades insulas, Jonium mare petit. Veteres omnem aquam Acheloum dixerunt, quod hic fluvius primus, post diluvium, occultis terræ canaliculis

bus ruptis, mortalium lumen affectisse fera-
tur; Vel quod fluviorum Græciæ fuisset ce-
leberrimus; Vel Achelous quidam extiterit
primus inventor mixtionis aquæ cum vino.
Virg: Georg: 1 de eo canit:

Poculaq; inventis Acheloja miscuit uvis.
Long: fere est 65 mill. Italicorum.

§. III.

Peneus nunc *Igliaeo*, sive *Peneius* ad distin-
ctionem fluvii Thessaliæ. *Supra Alpheum*
Fl. in *Peloponneso*, *Elidis* fluvius est. *Urbes*
Pylum Eliacam, & *Elidem* cava in ripa fo-
vet. *Ostio* hujus quo in *Ionium* mare labitur,
insula Zacynthus objecta est. Long. 30 mill.
Itall: comm:

§. IV.

Alpheus est maximus *Peloponnesi* fluvius,
eius Parentem *Stymphalum* montem scri-
ptores referunt. Hofm: Si fides habenda,
ultrà 140 flaviis allabentibus dicescit. Ig-
natur maximâ aquarum mole opimus, per *Eli-
dem* & *Arcadiam*, *Achajam* versus, *Alpheum*
& *Pisæ* urbes sive *Olympiam* prætervehicur.
Ibi se euniculo condere & subter mare devo-
lucum, in Sicilia propè *Syracusas*, *Aresbu-
sa* fonte vicissim emergere, Poëtæ magis cre-
dunt, quam certò affirmare sciunt. *Pisæ* ad
hunc fluvium, *Italicae Pisæ* ad *Arsium*, Pa-
rentem agnoscunt, à quibus originem tra-

kunt. *Pisces Alphæi Olympici*, Jovis Templo
vicinum fuit, ad quod certamen olympicum
solenni usu floruit.

§. V.

Pamisus vel Panisus, Amathus, Mamæus,
Areadiscus, Tisco & Spirnæzza, quibusdam
dicitur. In ipsa Arcadia natale solum ha-
bent, primo alveo Septentrionem spectantes
terras secat, deinde quasi fræno gyratus, Au-
strum versus propè Tripolim, Lampadiam,
& Troezenem lapisus, in Messeniscum Sinum
procurrit.

§. VI.

Eurotas aliter *Humerus, Marathon & Neris:*
Eurota nomen verò habet ab *Eurota* quo-
dam Milesius filio, qui in Arcadia stagnantibus
aquis alveum paravit, pronamq;, ad Sinum
Laconicum viam traxit. *Spartam & Pilas*
Urbes rigans, per *Laconicam* deflauit. Ripæ
hujus olim oleis & lauris frequentibus consistæ-
erant, ubi & nobilissimum effodiebatur mar-
mor. Long: 60 mill: Ital. comm.

§. VII.

Inachus VI: Planizza Peloponnesi fluvius,
Argiam interfluens, & Urb: *Ardos* alluens,
recepto, *Erasins*, *finis Argolico* miscetur.
Nomen creditur habere ab *Inacho* primo Ar-
givorum Rege. Est & *Inachus*, Acarnaniæ
fluvius *Acheloo* junctus: imò & *Bæotia*.

§. VIII.

S. VIII.

Cephissus vel *Cephisus* in Doride propè urbem *Lilaeam* nascitur. Deinde *Elatea* rigata, *Cheroneam* penetrans, in *Bœotiam* fluit, & *Clopaidi* lacui illapsus, per cuniculum egreditur, duobus ostiis in mare *Aeubæum* erumpit. *Cephissus* albas, *Melas* nigras oves facit test: *Bunor*: Scinditur hic *Cephissus* in duo cornua, quorum dextrum *Thebas* præterlabitur & *Afopus* dicatur: Sinistrum verò *Ismerus* vocatur.

S. IX.

Sperebius hodiè *Agriomela*: *Fluvius Thesalæ*, *Poëtarum* scriptis maximè inclytus. Oritur quibusdam e *Pindo Monte*, quibusdam non ab eodem procul, juxta oppidum *Homile*, & per *Thessaliam* propè *Pindum* & *Phalaram urbem* provolutus, in *Malacum* sinum sese rapidè exonerat. *Brenno* junior, Gallorum dux cum 152000 peditibus & 20000 equitibus, *Thessaliā* vastatà, Græciam ingressus, hunc amnem transit. Long. ejus est 60 mill. Italic.

S. X.

Sunt præterea quatuor fluvi qui in *Thermaticum* sinum irrumpunt: Uspore 1. *Penæus*, e *Pindo Monte* ortus, inter *offam* & *Olympum* montes decurrens, *Thessalica* facit *Tempe*, nec non per *Magnesiam* fluens, *Lassissam*

vixam urbem alluit. 2. *Alaemon*, *Haliæmon*, *Pelecas*, *Platamona* seu *Aliagmon*, rapidissimus & præceps amnis. 3. *Axius*, e Sando monte profliens, pecudem à se potam nigram efficit, & non adeo procul à Pella, *Erigonio* auctus, in sinum prædictum, dilabitur. 4. *Chabrius* & *Chabria*, in *Brisaltsia*, primò se ostentat propè *Europum* oppid: regiunculis, *Amphaxiti* & *Praxia* rigatis, in *Thermaicum* sinum procurrat.

§. XI.

Strymon, ante *Conozus*, ex *Scomio* vel *Orbelo* monte in *Brisaltsia* & *Thracie* confinio manans, *Amphipolim* rigat, ubi & in duo brachia scissus, sinistrum præter *Strymonē* urbem, dextrum verò juxta *Stagiram*, in sinum *Strymonicum* fertur. Ab hoc fluvio ad Italos, grues indicat venire, Virg:

§. XII.

Apsus aliis *Tbapsus*, in ipsa *Magnesia* habet fontes, & in *Taulantiorum* regione, binis ostiis, quibus opposita *Atbenæ* insula, *Jonio mari* sese insinuat, dicitur quibusdam *Spirnaza*. Occurrunt deniq; duo, quæ Græciæ fluminibus extremam manum imponunt, utpote: *Laus*, *Æus*, *Acus*, *Avas*, *Alorus* & hodiè *Lons* dictus, in *Epiri* & *Macedonie* finibus primum erumpit, & *Apolloniam* urbem prætervectus in *mare Ionium* labitur. Secundus est

dus est *Celidnus* aut *Celydnus* hodiè Salnicus.
Non procul e *Berecetheso* monte primum con-
spicitur, unde deinde *Macedoniae* limes, ab
Austro in *Adriaticum* mare decurrit.

THEOREMA IX.

De Svecia Regni fluviosis.

§. I.

Nescio qua securitatis dulcedine sponiti, dula-
cissimæ Patriæ fluvii, tot seculis, quot literæ
floruere, in lucem non prodierint. fortè,
quod minus solicii & antiquiores & recen-
tiores cum Historici cum *Geographi* fuerint,
res domesticas, literarum monumentis con-
signare, quas indies oculis nostris oberrare
crediderint. Sed factum, vix solidâ laude di-
gnum, cum ipsa experientia hoc nobis ingeret,
quod externa in corpore quovis, vel hebetiori
oculorum acie, facilè cerni: interna vero
vix acerrimo mentis lumine, nisi articulis so-
latis examinari possint. Vixerunt igitur
longo temporis tractu, multi Sueci, Sueciae
exules, Finnones innmueri Finlandiam igno-
rantes, donec de Republ. Literaria, imo de
tota Patria optimè meritus, Nobilissimus &
nunc in cœlis triumphans Dominus Michael
Gyllenst: Tractatu quodam aureo Patriam pa-
triotis suis ostenderit, cui & ego hac vice, mo-
destia qua par est, multum tribuo.

C 3

§. II.

§. II.

Digna est Uplandia laudibus, quas de Cili-
ciæ campis & Persidis oris, Q. Curtius poste-
ritati reliquit. Hæc etenim regio adeo amœ-
na & salubris est, ut mortales statim post dilu-
vium, ejus jucunditate capti, in planicie qua-
dam ad *Sala* fluvium conlederint. Hunc
Præter urb: *Upsaliam*, quondam Regali
Throno Sacram, nunc autem Archi Episco-
pali sede, florentissimo Musarum domicilio,
immensa[n]tæ magnitudinis Templo, ut & veteri
Svecorum Reg. regia percelebrem, maximis
sumptibus olim extructæ ædes cum deaurate
recto, *Thor*, *Oden*, *Friggæ*, antiquorum Diis
Sacrae, nobilitarunt. Ubi Sveciæ cives in pa-
ganismo, superstitione mente, nec non dire
quodam culta, prædictos Deos venerabantur.
Augetur *Sala* supra & infra urb. per plurimis
aliis rivis, quibus Uplandia passim rigatur, ita
ut navigabilis in lacum *Meler* erumpat. Qui
antiquitatis studio operam dederunt, Urb:
Upsaliam, ex hoc fluv. nomen derivasse volunt.
Quid ad hunc fluv: præcipuis temporum arti-
culis, ulterius sic gestum, *Ericus Olai* & alii
Patriæ Historici, egregie depinxerunt. Fœ-
cundant Uplandiae terras & alii amnes, quo-
rum portiores sunt: *Tiārpå* *Örbjå* & *Alundå*
in sinum Bothnicum scle exonerantes.

§. III.

§. III.

In Sudermannia conspicuntur, amnis Ny-
copensis, in Balthicum mare decurrens, ad quem
urbis Nycopia. Trosa at urbe Trosa nota, & i-
dem mare petens. Fluvius Torsiliensis, e-
jusdem nominis urb: prætervehitur. Molen-
dino, ex lapide & laterculo coctili ibidem ei su-
perstructo, opportune inservit, & in lacum Me-
ler se exonerat. §. IV.

In Ostrogothia exceptis aliis est Motlae
fluv: qui tempore Birgeri Magni Sueciæ Re-
gis, Anno 1292, cursum alias rapidissimum
sticit, per aliquot dies. Paucis interiectis
annis, veteres simultatum offensæ & dira o-
dia inter Birg. nec non Ericum & Waldemar-
rum fratres ejus exorta sunt, quæ his mortem;
Birgero vero exilium, maximâ cum regni af-
flictione, concivere. Restitit & postea aliquoties
sed semper malo omne. Oritur limpidissimis
aquis elacu Weter & Norcopiam in cipa susti-
nens, in mare Balthicum undas suas evomit.

§. V.

Smalandia fluv: complares occurunt, quo-
rum præcipui sunt Nissa & Laga in territorio
Wesbo/Helga urb: Christiæstad penetrâs, omnes
tam periculosis cataractis obnoxii, ut aniam
hujus proverbii accolis dederint: Niha och Lä-
ga taaa mongen af daga/men Helgeå/ tar så myc-
ket som begge swå. Tersåås ubi pons Brömsebro.
Vestre-

Vestrogotbia potiores sunt: *Goth-elba*, horribili quodam lapsu, *Trolhättal* memorabilis, *Ejder* / *Linda* & *Nooë*. *Vermland*: *Ek* / *Elf* / *Gulspång* / *Söd* / *Järsfors*. *Dalie*, *Grännesfors* / *Hånekesström* / *Daalbyå* & *Degerå*. *Dalekarlia*. *Dale* / *Elf* & *Öra*. *Gestrikie*: *Hälsunda* / *Elf* / ad quem oppidum optimum & maritimum *Gervalia*. *Helsingia*: *Liusna* / *Woxna* / *Kyla* & *Tone*.

§. VI.

Angermannus, fluv: *Angermannia* maximè famosus. Oritur in *Allsilla* / *Capimarcus* / ubi ex occultis terræ canalibus sub caute quodam, primo alveo prosilit. Deinde allabentibus aquis, potissimum verò e *Tempria* descendente, *Hammaröa* / *Elf* / in parœcia *Säleffsta* auditus, vehementi & rapidissimo cursu, inter altos montes & prærupta Saxa devolvitur. In *Resela* *Sochn* tres ingentes, & 50 cubitorum altitudinem exæquantes, cataratas habet, ab excelsâ rupe, quasi per lacunas manu factas, ineffabili aquarum strepitu, in subiectas petras decidens. His optimum salmonis genus, ultra 150 tonnas quotannis, aecolæ capiunt; potissimum in alveo quodam, ante aliquot secula, Pastoris ejusdam *Dni Semi*, mira operâ in Saxum presso, VI: *Tältskär* / qua via Salmones maximè ascensum moluntur. Inde progressus, spatiose adeò alveo,

alveo, Sinui Bottnico illabatur. Petreæ his
catacœtis vicinæ, multa altæ antiquitatis ve-
stigia ostentant. Utpote: Alces & Naves
miræ arte cœlatas, historias & versus perpla-
timos, tunicis literis exsculptos, sinuosum
specum, ab aqua in gyros acta, cavatum, cum
hac inscriptione: *Gutta cauæ lapidem non
ri, sed sepè cadendo.* Longitud. a primis
fontibus ad ostia, est. 30 mill: Svec:

§. VII.

Botniae occidentalis flumina sunt: *Vmâi*
Pjärfödh / *Eulo* / *Elff* / *Kalis* & *Torne* / *Oranis*,
Salmonum piscaturâ quam maximè nobilita-
ta & sinum *Bothnicum* potentia. *Bothnia O-*
rientalis: *Kemi* / *Elff* / *Sime Elff* / *Jyöfödh* / *Ba-*
la / *Elff* / *Sikajoki* / *Pyhäjoki* / *Kalajoki* / *Ächtreå* /
Gambla Karlebyå & *Weroå* in quibus o-
mnibus, pisces, præcipue salmones & luciæ
magna copia capiuntur. *Fenniae proprie-*
dætæ: *Kumo Elff* / *Euraå* / *Lappoå* / *Ulyhyrelicås*
Leimijoki / *Moufiså* / *Wirmoå* / *Mastoå* / *Keseå*
Molendinis, Salmonibus & omni piscium ge-
nere accolis profund. *Nylandie*: *Wanda-*
födh ad Urb: Helsingf. & *Gibbo Elff*. *Care-*
lia: *Woxen* de quo Nob: Dn. *Gyllenst*: ita.
Distant *Lappwesi* littore australiori, *Wiburg*
7 mill: ubi ortum versus præpes & rapidum
flumen *Woxen* emittitur; quod miliare cir-
citer ab ostio, pertensosum aquarum præcipi-
tium

gium habet, sagitta instar inter caues ejaculantium, vel potius ut maximorum monsium se devolventium: est hujus lapsus long. uln. forè 300. lat. 40. Ex aliis. Tantus hic tamq; confragosus sonus, ut equi & jumenta, nullis calcariis, nullis scuticis ad propiss accedendum adigi queant. Terra sub pedibus, arbores in litore tremunt. Nec sine vertigine diutius conueri; nec astanteis vocem utiung, stentoreo conatu, in aures missam, excipere fas est. **Seja / Höghfors / Kalliotåst / Systerbed** olim regni terminus.

S. VIII.

Fatidica jam flumina, in unum quasi fasciculum conjungere lubet. In **Tavastia** Anno C. 1596 die Luciæ **Wihawuå / Valkiatost / Tammerkässi / GarSantäss / inhibito cursu**, per quattriduum transicunt tutissimum præbuerunt, & olim demersum thesaurum luci dederunt. Paulo post, seditio rusticorum in **Bothn. Saragund. Raumslamb. Jämså / Sa-wolay** coorta est. Flumen **Sarsa** jam exaruit ante aliquot annos, & lacus in **Kangasala** ejus parens, nunc alio alveo **Jhara** dicto aquas suas emittit, unde aceolis proverb: **Jharia iharankässi / saati Garsan wainwasex.** Anno 1597. in Novemb. **Råharilan Råstki / Rörkekski / Joiman Rostki / in Saragund: Wihawuå / Valkiatostki** in **Tavastia** triduum steterunt,

CUM

cum Dux Carolus, rusticorum necem ultus,
triumphator Aboam petivisset Anno 1598.
Eurajoki cursum stitit & Kyrofors Anno 1645.
rapidissimum suum impetum inhibuit, nulla
frigeris vi urgente.

§. IX.

Aurajoki, ordine agmen claudit, riparum
ornamentis, omnes Finlandiæ sive superat: ad
hunc enim Finlandiæ Metropolis Aboa sita
est, Parlamento Regio, Episcopali sede, exi-
miæ magnitudinis Templo Cathedrali, & flo-
rentissimâ Musarum Palæstra, quæ universitas
ad Auram appellari solet, maximè memora-
bilis. Ad pagum Råreis/ rudera veteris cuius-
dam cœnobii in dextra ripa amnis haud mul-
tum supra urbem, adhuc spectantur. Cunicu-
lo, coæili laterculo, subter amne *Aurajoki*,
structo, Vestales Virg: & Monachi, inter cæ-
nob: & templum Ab: quondam mearunt, cu-
jus ostia nos hodie latent.

THEOREMA X.

De Thraciæ Fluviosis.

§. I.

Nesus vel *Neffus*, *Nestus* aut *Nestos* ex
Pangæo monte egressus Nicopolim urb: alluens, in sinum Strymonicum sive *Ægeum*: mare profluit. Insula Tbasus sive *Tasso* ostio ejus objecta est, Leones hunc fluv.

ortum

ortum versus nunquam superant, nec Achaeoum in occasum: sed his interjacentibus terris contenti, praedam in natali solo quaerunt, ubi & Xerxis camelos occupatos, grandi quadam strage dilaniarunt.

§. II.

Hebrus aut Rhombus, hodie *Marisa* vel *Mariza*, *Rhodopem* montem aliis *Montem Argentanum* vel *Basilissam*, argenteis fodinis celebrem, parentem jactat: unde montium Reginæ haud degener proles progressa, aureas arenas volvens, *Philippopolim* rigat, nec non multis aliis flaviis auctus, longo tractu in *Ægeum mare*, duobus ostiis, decurrit, quæ *Samothraciae* insulæ objecta sunt,

§. III.

Sunt & alii complures Thraciæ fluvii, quorum potiores tantum leviter libare, ratio instituti svadet. *Barbynias* sive *Barbycolpus*, Turcis hodie *Binterre*, quod magnum nemus, vel magnum flumen significat, in Propontidem descendit. *Atbyras*, aut *Atburus*, aliis *Pyradas*, nunc *Aqua dolee*, non procul à *Sesymbris* in Propontidem sese immittit. *Melas*, qui *Melano* sinui miscetur, & à Xerxis sitiens copiis exhaustus est.

THEO-

THEOREMA. XI.

De Sarmatia fluvio.

§. I.

Potissimum Thraciae fluv. Iustratis, mobilissimi
mi Sarmatiae, nobis comparebunt. *Chronus*, Germ. *Mammel*, Polonis *Niemen*.
Oritur in Lithuania confinio, versus urbem
Slucko, vel ut quidam volunt in ipsa Russia
alba; unde digressus, multisq; aliis auctus,
urbibus *Grodno* & *Kouno* rigatus, per *Samo-*
gissiam, *Curonensem* lacui illabitur, nec non in-
de egressus, prope munitissimum Prussiae ca-
strum *Memel*, in *Mare Balticum* immittitur.
Nonnulli hoc flumen, pro Prussiae flum.
Pergel vel *Pregel* dicto accipiunt.

§. II.

Rubo, aliis *Divina*, *Duna* vel *Drwina*, in
Russia vel ipsa Moscovia exortus, quartor fere
leuc.: a font: fluv. *Rba*, per *Lithuaniam* flu-
ens, *Vitebscum* & *Poloskum* urbes rigat. De-
inde per plurimis minoribus ditatus, per Li-
voniam, juxta *Daneburgum* & *Kakenhusium*
urb: devolutus, ad urb: *Rigam* finu Rigensi
excipitur.

§. III.

Boryßbenes, variis nominibus apud Au-
tores occurrit; dicitur enim *Danaster*, *Da-*
nastus, *Dnieper*, *Nieper*, *Brisna*, *Beresina*,
Dnester & *Nester*; nonnulli tamen in hoc
D
hal-

hallucinati sunt, quod nominibus rimatorum,
vel adeo peregrinis, ipsum Borysthenis alve-
um compellaverint. Oritur hic fluv. in Mo-
scovia, haud procul à fonte Mosquæ fluv. qui
metropolim Russiæ Moscuam ex parte pene-
trat. Smolenscium, Orsam & Mobilouiam,
urbes alluit. Variorum postea minorum un-
dis opimus factus, in tantam omnino magni-
tudinem excrescit, ut nulli Europæorum, ex-
cepto Ifro secundus sit. Sic per Volhiniam supe-
riorem lapsus, Kioviam & Circassium urb. rigas,
prope Borysthenem urb: quæ & alias Olbia aut Oc-
zakovia audit in Pontum Euxinum sese exonerat.
Insulas habet permultas, ubi e Kiovensis & Bra-
slaviensis Palatinatus oppidis ac pagis, con-
fluxæ obscuriori turbæ, mansiones & domi-
cilia patent, quæ Cosachi vocantur. Hic re-
bris excursionibus, in finitimas regiones, imo
in ipsam Turciam factis, ubi & Pontum Euxi-
num infestantes, rapto vivunt. Nomina sua
non mercede conducti, sed gratis & absq; sti-
pendiis, sola prædâ contenti, militiae dant,
quorum numerus sèpissimè quadraginta mil-
lia explet. Poloniæ tamen Rex iis interdum
cerram pecuniae summam, ad arma paranda
attribuere solet. Est & hic fluvius multis ca-
racteribus & præruptis scopulis obnoxius, per
quos undæ ejus ingenti fragore & strepitu, de-
volvuntur. In Ostio Borysthenis maxima sa-
lis co-

lis copia, sua sponte nascitur, ubi & grandia
cete spinis carentia, abundè reperiuntur. Per
600 stadia navigabilis est.

§. IV.

Tanaïs notissimus *Sarmatiae Europæ* fluv:
Cujus summa curvatura propè oppidum *Tujam*, Europ. ab Asia separat, oritur e lacu *Juvanouvo Ieziero*, quod lacum Johannis significat, & primum rectâ orientem versus devolvitur: *Volga* verò imminens, subitò se flexit, aliorumq; àmnium accessione auctus in paludem Mæotidis, propè Urb: *Tanaim*, nunc *A-soph* dictam, commune olim *Europæorum & Asiaticorum* emporium, duobus ostiis decurrit. Hujus summam curvaturam ad oppid. *Tujam*, conatus est quondam, Chamus Tatarorum cum *Volga* fossâ quadam, conjungere. Turcis ita *Moscoviam* & in *mare Caspium*, navigandi copiam facturus: Sed Russi, quantæ indè brevi, ib se calamitates redundarent, circumspecto animo volutantes, incepto jam operi, maximam cladem intulerunt, & Chamum proposito absistere cogebant. Postea tamen eam perfecit *Sachainbejerus* Chamus, à quo & fossa, nomen *Kamoz* accepit, & septendecim turribus nec non earum præfidiis firmavit. *Tanaïs* 500 Verstas teste Hosm. latus est.

§. V.

Turuntus, nunc *Welikarzeka* aut *Welika Reka*. Dicitur hic fluvius a quibusdā *Duina* sed male, quia *Duina* se in sinum Rigensem exonerat, qui aliter *Rubo* dicitur: *Turunus* verò in sinum Finnicum exit. Oritur in Moscobia, & longum iter emensus, Urb: *Plescou*, Ruthenis *Pskowa* alluit. Indè lacum *Peips*, Livonibus *Peybas* penetrat, unde egressus & *Nerva* vel *Narva* compellatus, Livoniā à Moscobia distans, *Nyslot* prætervehitur, nec non arcem *Ivangorod* a *Narva* urb: distaminans, in sinum Finnicum aquas suas magno impetu evomit.

§. VI.

Chefisus, nunc Russis accolis primā parge *Lowat*; posteriori verò *Wolchow*. Jaçantur auctorum animi, ita ut haud satis aperta hujus fluminis deliberatio sit: quibusdam enim exonerat se in sinum *Granovicum* sive *Clyliperum*: quibusdam in sinum Finnicum, propè *Narvam*, &c sic idem esset cum *Luga*: Piscatori verò in lacum *Ladoga*, Ruthenis, *Ladesko Ozero*, cui sententiae, ut maximè verisimili, secunduriari fas est: oritur quippe illo auctore non procul a montibus *S. Mariae* & *S. Nicolai*. Deinde urb: *Chelm* & *Stara Russa* præterlapsus, Ilmen lacum intrat. Unde egressus, *Novogorod* bissecans, *Soliza* & *Ladoga* urbes iesigat,

rigat, & paulò inferius in Ladoga lacum devolvitur.

CAP. II.

De Asia fluvij.

THEOREMA I.

§. I.

Poeniteat ergò tandem impuros illos ignorantia fratres & exsanguia hominum monstrant, acerbi sui sceleris, qui nullum non lapidem movent, quomodo literas & literatorum studia detrectent, literatos Supercilio excipiunt atq; denigrent: pudeat inquam illos & justa mentis bilance demum ponderare discant, quæ innumera hujus vitæ commoda, quam uberem utilitatum messem, quos purpureos amœnitatis florculos, aut beatæ illæ, aut nunquam satis depraedatae animæ, pleno sinu nobis effudere, quæ de vario terratum situ, antiquorum miraculis, excellentium virorum rebus gestis, aurea sua volumina, haud secus ac ipsarum rerum vivas imagines & animalium icones posteritati reliquerint. Hinc etenim Sacro ore trahitur, ut doctos & adulitos raseam, quod pueri adhuc in Scholis: Erici Sapientis, Erici Sancti, Gustavi primi, Gustavi Magni & Caroli decimi, immortales laudes pia voce decantare sciant. Quod Cyri magnanimitatem, C. Julii Cesari innume-

ras expeditiones, *Alexandri Magni* heroicis
Spiritū, *Caroli Magni* fortitudinem deprædi-
care noscant. Quod de orientis & totius
mundi miraculis, de *Aſia, Africa & America,*
de *Indo, Gange, Tigri, Euphrate & Nilo* fluvi-
orum Reginis, doctos & eruditos discursus
moveant, haud aliter ac oculorum suorum
luminibus, tot terras lustrasset, tot mira &
miraculis plena flumina obiissent. Hæc illa
literaria peregrinatio est, quam sine viatico,
sine sumptu, sine mortis & omni deprædatio-
nis periculo instituere possumus. Hujus be-
neficio & ego hac vice B. C. D. celebriores
Aliæ fluvios aspicere permam.

THEOREMA VII. *De Fluviis universæ Schythiae.*

§. I.

Obius, antiquis Carambucis. Limes hic Eu-
ropæ ab omnibus Geographis habetur, qui
eam ab *Aſia* distinguit. Amplissimus *Mosco-
via* fluvius est, & e lacu *Kitayſco* egressus, per
Tartariam Moscovit: & *Samojedam* provinci-
am, cursum dirigens, in *Oceanum glaciale*,
sex ostiis teste Hofm. sese immittit. Ostiis
his opposita est insula illa *Nova Zembla*, olim
Elixona, magnitudine cum Sicilia certans.
Riphei montes, nonnullis ab hoc fluvio, dicti
sunt *Obii*, seu *Obia jugæ*, & promontorium

Lyter-

Lytermis hūic fluv. vicinum, *Capo d'Obis*, h.e. promontorium obium.

§. II.

Paropamisus, prope Ottorocoram montem oritur, ubi & murus 400 leucas longus, contra Tartarorum irruptiones extrudens, quo se Sinenses defendunt. Urbes, *Succur* & *Camul* præterlapsus, Ockardo fluvio augetur, & per Tartariam, *Oceano Tartarico* miscetur. Est & mons quidam hujus nominis, *Indi* fluvii Parens.

§. III.

Jaxartes nunc *Chesel*, in *Sogdianorum* finibus oritur; & in occidentem fluens, per eundem regionem, mare *Caspium* petit.

§. IV.

Oxus aliter *Geichon*, *Deistan*, *Xa Cappach*, *Monarach*, *Nieaprach* & *Abiamu*, ingens *Sogdiane* regionis fl. Bactro fluvio ad quem urb: *Bactra* auctus, *Alexandriam* *Oxianam* rigans *Oebum* amnem secum in *Hyrcanum* mare devehit. Quarto die ad flumen, *Oxum* pervenit, hic quia limum vehit, turbidus semper & insalubris est potu; Itaq; puteos miles coperat fodere. Curt. Lib. 7: c. 10.

§. V.

Volga, aliis *Rba*, *Edel* & *Thamar*. Fones habet in *Moscovitarum* finibus, vel secundum *Baudrandum*, Teste *Holm*. in *Rescovia*

provincie unde paululum progressus, lacum
Volga perit; indeq; egressus *Volga* dicitur.
Deinde pluribus auctus: *Tuveriam*, *Valiti-*
em, *Jarosleviam* & *Novogardiam* parvam,
ubi *Oceam* spatiolum fluv: recipit, alluit. In-
dè ad *Wafiligerodam* & *Cazamum* urbem, ubi
Samaram fluv: excipit, labitur. *Hinc Samar-*
pā, Soratoviā & Zarizā urbibus rigatis, in plu-
rime scissis brachia ad urbem *Astrachan*,
quam plurimis ostiis in mare *Cassium* ingen-
ei vi decurrit. Remotissimis oritur fontibus,
ita ut plusquam quadringenta germanica
miliaria cursu suo conficiat.

THEOREMA III.

De India Fluvius.

§. I.

Indus, Gādī, Inde, Hisp. & Ialis Indo. In-
colis Sandus, antiquis Mausolus. Juvenis
Iecti ingenii & egregiae formae Indus, quem
plures desiderarent, postquam se in hunc flu-
*vium præcipitaverit, nomen suum ei reliqui-*se* fertur. Oritur hic e Paropamiso monte,*
qui nonnullis Caucaſiuſ dicitur, vel Naugra-
*ent, Taxilam urb. prætervehitur, & ad Ny-*sam* Urb: *Hydasphem* & *Hypasim* amnes con-*junctos* recipit. *Hypasim* quondam Alexand:*
Maced. expeditionum terminus fuit, priori
parte dulcis, posteriori vero & ostiis vicina,
marus

marus profluit. Postea Indus, Bucephalam
nunc Gelfelen, Casmiram, Attochium, Mul-
tanum, Lucariam & Tattam urbes alluit, nec
non paulo inferius quinq; ostiis, in Oceanum
Indicum se exonerat. Longitudo hujus flu-
vii tanta est, ut Alexand: Mag. unoquoq; die
600 stadiorum iter conficiens, vix quinque
mensibus eum enavigasset. Inter hunc &
Gangem Magni Mogolis Imperium, maximè
situm est; ita tamen ut se nonnihil ultra *Gan-*
gem porrigit. Christ. Funcc: in tract: de orb.
Imperant.

§ II.

Ganges, quem in sacris literis *Pischon*, *Pison*
vel *Pihon*, appellari existimant, Hieronymus,
Josephus & Eusebius. sed Geographis vix ad
palatum, cum scaturigo ejus 1200 leuc: ab
Euphrate distet. Oritur quibusdam ex *Emo-*
dis, quibusdam ex *Imao*, aliis vero *Dalanguer*
Montibus, & per plurimis navigabilibus flaviis
auctus, per Mag: Mogolis ditiones labitur,
Praya & *Gouro*, urbibus Mag: Mogolis cele-
berrimis rigatis, in finum *Gangericum*, VI.
Golfo di Bengala, quinq; ostiis excurrit. In
medio ferè Mogolis Imperio, fluvii *Gemini*
aqua absorbet, ad cujus orrum, Mag. Mo-
golis Brumalis sedes, urbs amplissima *Agra*
sita est, quæ 200000 hominum in militiam
educere potest. Minima latitudo *Gangie* est,

2. mill. maxima & profunditate nulli Orientis fluviorum cedit.

THEOREMA IV.

*De Flaviis Regni Persarum sive Sophorum
& Colchidū nunc Mengrelia.*

§. I.

Arabis, aliis *Arabius*, *Arbis*, *Assabium*, *Azaphius*, *Berbero*, vel *Ilmen* diqus. *Orsus* in ipsa *Drangiana* regione, prope urb. *Prophbasiam*, e montibus *Cosbocaran*, per *Gedrosios*, *Arbim* & *Parfim* urbes alluens, in *Oceanum Indicum* procurrat. *Portus Mulierum* ad hujus fl. ostium collocatur. *Samydaces*, in *Carmania* deserta oritur, & urb: clarissimas, *Samydacen*, *Alexandriam*, *Armuzam* alluens, in sinum persicum descendit. *Moseus* aliis *Museus*, *Triticiri* vel *Tiritiri*, *Susianæ* regionis fl: sinum *Perficum* petens. *Oroates*, dicitur etiam quibusdam *Tiritiri*, maximus *Susiana* regionis fluv. eam à Perside dirimens, quod *Curtius Pasitigri* amni tribuit, sinum *Perficum* perfundit. *Eulaeus*, *Dan:* 8 cap. & nonnullis aliis *Ulai*, ad quem urbs *Susa*, *Persico* sinui miscetur. Tam limpidas vehunt undas ut Reges Persidis, earum haustu maxime delectentur. Hunc *Eulaeum*, *Coaspen* ab antiquis dictum nonnulli contendunt. *Araxes*, aliis *Bendemir*, *Persida* fluvius, in sinum

Per-

Perfum, se immittens, ad quam *Persepolis* Urbs, in libro Macab: *Elymais* dicta, & ab *Alexandro Thaidus* consilio, igne deleta, fuisse creditur. Eodem situ nunc urbs *Schiras* comparat. *Lycus*, *Affyria* fl: in *Armenia* ortus, inter fluv. *Bomado* & vicum *Arbela*, decurrit. *Cambyses*, *Cyrus* aliis *Cur* vel *kur*, *Mardus* qui & *Amardus*, & *Seri*, *Mediae* fluvii, *Caspis*, *Hyrcani*, sive *Kulsi* maris, occidentali littore excipiuntur. *Araxes* tamen qui ab antiquis *Aras*, *Cyrum* in mare devehit. *Strato* & *Corindas* eodem littore *Caspium* mare perfundunt. *Phasis* hodie *Fasse* & *Cygneus*, *Colchidis* fluvii, uno ostio, coniunctoq; liquore in *Pontum Euxinum* decurrunt. Ad *Phasin* est insula parva ejusdem nominis, unde *Pavo* primum exportatus dicitur, & propterea *Phasinus* dictus.

THEOREMA V.

De Asia minori, sive Natolia Flaviū.

§. I.

Cappadocia fl: sunt: *Thermodon* in *Cappadocia* ortus, inter *Themiscyram* ad occasum & *Polomanium* ad ortum urbes, in *Pontum Euxinum* labitur. *Scythia Europea* & *Tbracia* ejnsdem nominis fluv: habent; Sed hunc *Amazones* incoluere. *Iris* ex *Argeo*, monte in *Armenia minoris* confinio, propè *Sebastiam* urb.

urb. oritur, *Comenam Ponticam & Lyco* 2-
tunc recepto, *Amastiam*, urb: prætervectus, in
Pontum Euxinum, defertur. *Galatiae*, *Ha-
lys*, fl: e *Dindymo vel Dindyma* olim *Cybele*,
Galatiae monte ortus, per *Galatiam* fluens
& *Cappadociem* à *Paplagonia*, ferè disterni-
nans, bicornis mari *Pontico* excipit, quibus
insulam quandam cum *Amiso* urb: amplecti-
tur. *Pontus & Bithynie* sunt: *Partibus* aliis
Dolap, quem *Olgatis* mons parturit, & *Euxi-
num* mare, inter *Tium & Amastrim* urbes, ex-
cipit. *Sangarius*, *Dindymo* monte ortus, per
Bithyniam, *Gallo* fl: auctus, inter *Calpam &
Hippiam* fluvios, *Euxinum* *Pontum* subit.
Pbrygia Majoris & Minoris sive *Troadis*: *Me-
ander* VI: *Madre*, ex arce summa *Celena*rum
editus, infinitis adeo curvaturis, aut flexio-
nibus saltē 600, undē *Meandri Gyri* in Pro-
verb: abierte, *Cariam* ab *Jonia* Separans, &
urbes, *Apamiam*, *Laodiceam*, *Tiriam*, *Ma-
gnetiam*, *Madram* alluens, inter *Miletum &
Heracleam* urb: in *Ægeum* vel *Myrtonum* ma-
re decurrit. *Marsyam* fl: hic *Meander* reci-
pit ad *Apamiam* urb: quam circumfluit. *A
Marsya Tibicine* quodam, cum *Apolline* tibi-
orum cantu certante, devicto, & temeritatis
ergo, in hunc fluvium mutato, nomen habe-
re, Poetæ fabulantur. Recipit & *Meander*
Lycum amnem supra *Tiriam* Urbem, ad quo-
rum

rūm confluētes, *Colosse* urbs fuit, hodiē *Chōnead*, quo Pauli Epistola missa. *Mysia Majoris & minoris*: *Rhyndacus*, aliis *Lico*, *Laracobo*, *Lupādi* & *Turcis Ulubat*. In ipsa *Mysia majori* oritur, & *Artyniā* stagno facto ad *Olympum* montem effluens, in *Propontidem* inter *Cyzicon* urbem & *Ascanium* fluv: prolabitur. Ad hunc angues immanes nascuntur ut prætervolantes aves absorbeant. *Æsepus* vel *Æsopus*, in mappis recentioribus *Spiga*. Ex *Ida* monte profluiens, in *Propontidem* ad urbem *Cyzicon*, devolvitur. *Granicus*, ex *Ida* monte profluiens, per *Adrasteos* campos, præcipiti cursu fertur, nec non inter *Parium* & *Lampsacum* Urbes, in *Propontidem* descendit. *Scamandrus*, *Scamander*, antea *Xanthus*, ex *Ida* monte ortus, ad *Sigeum* præmontorium, in *Ægeum* mare labitur. In hoc fl: Sponsæ jam nupturæ sese abluebant, his verbis eum invocantes: Λάβε με Σκάμανδρε, Τὴν μηδερίαν. Qua occasione usus Cimon quidam Athenieensis, cum generosæ cuiusdam puellæ amore teneretur, quæ jam viro disponensata erat, in *Scamandri* virgultis sese occultavit, caput arundine coronavit, illamq; ex more se lavantem, & solenne carmen canentem, ut *Scamander* virginitatem suam acciperet, e virgultis profluiens, in ripam sublatam vitiavit, dicens: Ego vero iubens

lubens accipio. *Lydie*: *Caicus* aliis *Gir-*
masti, *Pergamum* alluens, inter urbes *Eleam*
& *Pyrenen* illam, quæ *Arcefiam*, Acad: ni-
hil affirmantis clarissimum Antistitem genuit,
in mare *Ægæum* labitur. *Hermus* aliis *Tber-*
mus Vl. Sarabat, ex *Sipylo* monte ortus, *Pa-*
ctolo, fluctibus aureis olim æstuante, prope
Magnesiam auctus, ad *Phœream* urbem, *Smyr-*
næum sinum perfundit. De iis qui magnas
sibi divitias promittunt dicitur, quod *Patro-*
los & *Tagos* sibi polliceantur. *Caystrus*, ali-
is *Chais*. *Cygnis* olim abundasse dicitur.
Inter *Ephesum* & *Calophonem* urbes, in *Ægæ-*
um mare decurrit. *Lycia*, sive *Aldinelli*:
Xanthus, aliis *Sibris*, profluit e *Cadmo* monte
& *Xanthum* urbem interluens in *Lycium* mare
procurrit. *Limyrus*, aliis *Lorymus*, per ur-
bem *Limyriam* fluens, ad *Andriacen* urb: *Ly-*
cium mare petit. *Cilicie* nunc *Caramania*:
Calycadnus, cuius parens *Taurus* mons. *Se-*
leuciam urbem penetrans inter *Sarpedonem*
& *Zephyrium* promontoria, in *Pamphylium*
mare egreditur. *Cydnus* e *Tauro* monte or-
tus, *Tarsum* interficiens, gelidissimis aquis,
quæ *Alexand: Maccd:* morbum concivere, in
Cilicium mare se exonerat. *Sarus*, inter *Cy-*
dnus & *Pompejopolim*, idem mare petit.
Pyramus, hodie *Malvistra*, *Tauro* monte or-
tus, per *Ciliciam* ad urbem *Mallum* in *Mare*
ægeum

THEO-

THEOREMA VI.

De Fluviiis Terræ Sanctæ sive Palastinae.

§. I.

Jordanes, *Hebreis Jarden*, aliis *Jordewa*, *Italis Giordano*, *Gallis le Jourdain*, primo alveo, sub radicibus montis *Libani*, vel secundum alios e *Spelunca Phaneas*, quam in radicibus montis *Libani* fuisse, magni viri haud dubitant, erumpit. Hieronymus & Suidas, teste Hofm. a duobus fontibus *Jor & Dan*, ortum & nomen trahere credunt: Sed Josepho vix ad palatum, qui uno fonte oriri dicit. Alii dicunt *Herodem Tetrarcham*, primum fontes *Jord:* injectis paleis supra *Cæsaream Philippi* invenisse, in tribu *Dan*, unde *Jordan*, quasi descendens a *Dan*. Deinde ad Austr: *Samaritanitem lacum* vel *Meron aquas* penetrans, ad *Capernaum* aliis *Capbarnaum urbem*, mare *Genezaret*, *Galilee* vel *Tiberiadis*, ingreditur; Unde egressus, tribus *Ruben* & *Gad* cum dimidia tribu *Manasse*, ab aliis in sinistrum latus separans, in *Mare mortuum seu Asphaltiten lacum*, nihil præter bitumen gignentem, immittitur. *Jordanes*, primò fuit limes, Terræ promissæ, tota sua longitudine à Libano monte, ad desertum usq; *Cades & Pheran*, centum circiter milliarium iter conficiendo. *V*alleum *Josaphat* inter Montem Olive-

vi & urb: *Hierosolyma* sitam, *Cedron* Torrent
interluit, & in *Aphaltites* lacum labitur.
Hunc torrentem Christus ad agonem iterus
& David filium Absolonem fugiens, transi-
re. Urbis *Hierosolyma* a *Tito Vesp.* desolata,
non magis restaurari potuit. Templum Sa-
lomonis, instauratum à *Judeis*, *Alexander*
Maced: invisit & veneratus est. *Elius Adri-*
anus. I. R. in vicino loco, aliam novam ur-
bem condidit & *Eliam* appellavit, ut sic cum
ipsa urbe *Hierosolymorum* & nomen deleret:
hanc *Eliam* jovi *Capitolino* consecravit, &
propterea urb: *Eliam* *Capitolinam* appellari
jussit. Versus de variis *Hierosolymorum*
nominibus tales habentur.

Solyma, Lusa, Bethel, Jerosolyma, Jes-
bus, Elia,
Urbis Sacra, Jerusalem dicitur, atq;
Salem.

Sunt & alii præterea in *Palestina* fluvii, ut-
pote: *Eleutherus, & Sabbathius*, quibusdam
unus idemq; fluvius, qui e *Libano* monte edi-
tus, inter *Tyrum* & *Sareptam* urb: in *Mare a-*
bit. Sex dies *Sabbathius* fluit, singulis die-
bus Sabbathis, quiescendo deficit. Amnem
eundem quidam putant, in *Cantico Salomo-*
nis, Fontem hororum appellatum.

THEO-

THEOREMA VII.

De Mesopotamia & Babyloniae Fluvibus.

§. I.

Tigris a velocitate ita dictus, quasi sagitta. Ebræis *Hidekel* dicitur, unusq; quartus fluviorum Paradisi. Aliis, *Diglito* vel *Pastis*, hodie *Tigil*. In Armenia majori fonte conspicuo, in plano quodam loco oritur & *Areshusam* lacum, tanta vehementia transvehitur, ut ejus aquæ & pisces nihil quidquam commercii, cum lacustribus habeant. *Monte Tauro* dein cursum sufflaminante, specu mergitur, subterq; lapsus ab altero ejus latere erumpit. Urbe *Ninive* nunc *Mosul* vel *Mosel* rigata, *Tossiten* lacum transfluit, rursusq; in euniculos mersus, post 20. aut 25. mill. pass. visibilis redditur. Hinc aliquot stadiis auctus, & supra *Seluciam* in duo brachia scissus, uno *Seluciam* altero *Ctesiphonem* urbes petit. Unde progressus, *Lyco amne* *Arbela* vico famoso, recepto, *Euphratem* perfundit.

§. II.

Euphrates, eccolis hodie *Fras*, in majori Armenia primo alveo ortus, *Pyxirates* nominatur: *Taurum* vero montem secans *Omira* audit, eoq; perfracto *Euphrates* dicitur. Inde *Leva Mesopotamiam*, *dextra Syriam*, *Arabiām* E. Baby-

Babyloniamq; rigans, nec non Mela, Chabora, & Saocora sive ditatus, in plures alveos dissipescitur, quorum uno Seleuciam rigans, Tigrim perfundit, altero qui & Regius dicitur. Babylonem permeat, quæ hodie penitus juxta vaticinia Prophetarum evanuit, & ejus loco iam Bagdæ vel Baget conspicitur. Inde in Paludes Chaldaicas distrahitur & ad urbem Teredon, vel. Balsaram, alliis Balsorâ, Bassoram & Balsorâ in province Jerak, a Babylonia vel Bagdæ 150. milliæ seu 15. dierum itinere, quo Angli Lustani & Barovi Indicas merces advehunt, Tigrim secum vehens, sinu Perisco illabitur. Ur, eboa Abrahami Patria, quæ in factis paginis Ur Chaldaeorum, in dextra ostii ora sita est. M. Tullius de N. D. 2 Mesopotamiam fert item efficit Euphrates, in quam quotannis quasi novos agros invehit. De exundatione Euph. vid: Curt: lib: 5. cap: 1. sunt præterea Arabie Felicis fluvii: Metius, Mare Rubrum perfundens, & Laristanum Persicum, petens. Cypri: Lycus & Pedieus.

CAP. III.

De Africa & America Fluviiis,

THEOREMA I.

De Nilo & minoribus Afric: fluviis:

§. I.

Qvod in Europâ Danubius, in Asia Ganges, Quid in Africa est Nilus, verè fluviorum Rex

& fluminum *Regina*, In *Africæ* desertis *Montium Lanna* soboles, non statim *Nilus* salutatur: ingentem etenim lacum, *Nilidem*, hodie *Zaire* & *Zembre* primò permeat. Cumque diu sævus simpliciq; alveo, receptis dextra magnis aquis, descendat, *Astapus*, id est e tenebris profluens, dicitur. Circa *Meroëm* deinde, insularum suarū clarissimā, in duo brachia scissus, dextrum *Afusapes*, laevum *Afaboris*, cognominatur, quæ vocabula ramum ē tenebris venitem vel latenter significant; Hæc ubi rursus coeunt, Nilo nomen largiuntur. Hinc uno alveo partim navi- um patiens, partim asper, & præcipiti cursu, inter frequentes scopulos, non immenso fragore fluere, sed strepitu prope incredibili ruere creditur. Tandem spatio fessus, lenis & domita sævitia, undas suas promovens, ad oppidum *Διλῆ* per totam *Ægyptum* dispersus, septem immensis ostiis, ad *Ægyptum* mare contendit. Causæ exundationis *Nili*, præcipue sunt duæ: *Eteiarum* eo tempore ex adverso flantium repercussio: aut *Æthiopie* æstivi imbræ, iisdem *Eteis* nubila conferentibus ex reliquo Orbe: *Ægyptus* quippe semper imbrum expersus est, exundatione *Nili* tamen mire fertilis. Plura qui cupit, petat ab Isaac: Voss: Lex: Hofm: & Cluv: introd. long. recta linea 700. mill.

Africe minoris fluvii sunt: *Cinypbus* seu *Cinyps* hodie *Magra*, è *Colle gratiarum* profluens, inter *Leptim Magnam* & *Barathiam* in *Syrtim* seu *Mare Lybium* excurrit. Hicci insolite magnitudinis ad hunc fluv. sunt. *Triton*, hodie *Rio di Caps*, ad *Tacapen* urb. *Mare subit*. *Bagradas*, hodie *Megrada*, *Magrida* seu *Magiordech* dictus, ex *Audo* monte ortus, inter *Uticam* & *Carthaginem*, mazze petit. *Regulus* ad hunc fluv. serpentem 220. pedes longum, a se interfectum Romanum misit. *Tusca* hodie *Guadilbarbar*, Afr. minoris terminus, ad *Hipponem* urb. Mari illabitur. *Mauritanie*: *Mulucha* & *Malva* hodie *Muluya* fluvii *Lybie interioris*, *Niger*, e *Nigro lacu* ortus, lacum *Borno*, Regnum *Cano* & lacum *Guarda* penetrans ad urb. *Tombou*, in plures alveos diuisus, *Atlantico* Mari illabitur. Longitudo hujus 705. mill. Germ.

THEOREMA II.

De America Fluvii.

§. I.

Vix sine sudore cultioris orbis fluvii, vivis coloribus consignari possunt, quid ergo futurum erit de iis, quos nulli nostratum enavigando lustraverint sed quasi per conjecturam transennam longinqui tantum aspicerint. Tales sunt Novi orbis seu Americæ, naturales aquarum

rum ductus, quos hic perfecte describere haud aggressus sum, sed nomina Verius, in auctoribus obvia, utcunque luci dare.

§. II.

Canada, alias Fluvius D. Laurentii vel Freemanum trium Fratrum, dicitur, Canadae regionis juxta Novam Franciam in septentrionali America fluvius est. Florida provinciae Hispan. Pasqua de Flores, fluvii celebriores sunt, Garonne, fl. S. Crue, Charente, Loire, Aine Seine. Americæ Meridionalis. Rio de Paria, Rio de Inan de Oregliano. Rio Opotari, Rio de las Amazones. Sunt & plures in America fluvii, laude sua nequaquam defraudandi; sed quoniam è manu fide digna lucem non viderunt, malui eos penitus silentii velo obvolvere, quam conjecturis & meritis fabulis C. L. oculos pascere. Quamobrem, ut motus in Corpore sphaerico, non perpetuo sit longius, a punto unde discessit, nisi natura imperante idem ab alterâ parte vicissim repetit, ita & ego postquam ab Europa egressus, Asiat, Africæ & Americæ regiones per divinam gratiam, sarcus tectusq; obiverim, ad dulcissimæ Patriæ septentrionalia littora, memet apulsum video, cuius in mollissimo sinu, velis complicatis & anchora demissa, mihi iam in deliciis est, recubare, latitare, delitescere.

TRIADI TERMAXIMA GLORIA

Πλείστις ἐυμόρφῳ τῆς Φύσεως λαζήσων ὡς
πεῖ τὴν Φιλοσοφίαν παιδείβαι ἐμφύτευσι
τῆς ἀγχιερόσιος ρύσκους εἰς τοσῦτην πλατύγην
εἰσέπειρι, ὅπ ποιαμῶν δίκην ταχιέσσει γνωστώς
τῆς πολυμαθεῖτον σκηνώσι ρεθεῖ; ΛΦ' ὅτι
γὰν ὁ τῆς παιδείας ἀλεθῶς τελυχηκῶς πέποντος
χθονίων τῶν ποιαμῶν ἐυπρώτες ὑπομηματί-
ζειν εἴδη. Πάσπορο, Σὺ Κύρρε λευκαρθέεις, ἐ-
ταιρέ με ἀλεκτρίνες, ὃν πρώτης τῆς ἡλικίας
ἡδίσεις πᾶς τῶν ὄπισθιμων πήγασις οὐαύλαι
περιδέδωκας, καὶ ἐν πᾶσι τῶν Μαρῶν πα-
ρεμβολαῖς τραχπάτης ἢ ερεθυμῶν ὑπῆρξας,
ἄνθ' ἀν μὲν ἡδη ἀξίας κλέπτο σε τὰς σεμνό-
τητον καλαράκτες ἀχανεῖ τῶν τῷ Σοφῶν
ἀκτανῶ συναναμίγνυς. ἐνθήμως ποιησερῆν
συγχαίρω ἐνίυχος: Ταύταις Σπάδης σε πε-
κοπαῖς, πετὴν την προσευχῆν προτεθεῖς, ὅτε
διδαχῆς σε ποιαμοὶ τὰ τῆς παιδείτον ἔλευ-
θερῶν τέχνων πεδία ὅτως ἀρδεύωσιν, ὡς ἐν
ἐνδαινεοντος διάγων τὰ τὰ Νηστεῖτο ἐτῇ περι-
γίᾳ. Εὕρωσο.

Ταύτα ἀσμένως παρέ-
ζευχα

ELIAS WOIVALENIUS,
Alumn. Regius,

CHRISTIERNUS SAMUELIS FRISIUS,
CANDIDATUS PEREXIMIUS, AU-
STRO FINLANDUS.

per Anagr. f. in i. & x. in o. mut.

SOLIDE SATIS DISCURRIT DE FLUVIIS MA-
RIS, VERIUS NUNC ISTITIS OPERAM NA-
VANS.

Expl.

Surgite nunc Charites, Parnassia cādida
proles,
Pergite CHRISTIENO, laurea serra dare!
Euge! Magisterij laudem titulamq; pa-
rare.

Sedulò dum scandit, pulpita celâ
Sophum,
Atq; subit toties Clarii certamina Phoebi,
Abdita lustrando, dexteritate suâ,
DE FLUVIIS MARIS hic SOLIDE SATIS Q-
uoniamibus ISTITIS

DISCURRIT NAVANS NUNC OPERAM
penitus,

VERIUS ergo suis virtutibus eminet ille,
Munera carpendo, Pieridumq; bona.
Quâ ergo te FRISE, Musarū docte satelles,
Deliciumq; meum, collere laude quæat?

Hercu-

Herculeos qvoniā didicisti ferre labores,

Gloria tū surgit, Delia Laurus adest.
Ardor ut in studiis artas mage quam tibi crevit,

Sic Juvenes paucos tū reor esse pares,
Præmia nunc tribuit digno sermone
Brabeutes,

Quæ tibi conciliat laurus amica erogāt?
Atq; tuis ausis gratatur finnica tellus,

Vis patet ingenuæ, mentis, amœna tuæ.
Sermo tuis meritis mihi langvet hono-
ribus aptus,

Ergo seqvens votum, suscipe fido a-
simō.

Accrescas annis clarescens nomine doce
Annis & studijs claris plaudendo Magister
Clarescens claris titulis sic præmia digna
Nomine plaudendo sic præmia digna reporte
Doce Magister digna reportes; vive vale.

Amicā manu & mente applaudit
GUST. PAGCHALENIUS.

Astro. Finl,



Herculeos qvoniā didicisti ferre labores,

Gloria tū surgit, Delia Laurus adēs
Ardor ut in studiis artas mage quam tibi crevit,

Sic Juvenes paucos tū reor esse pares
Præmia nunc tribuit digno sermone
Brabeutes,

Quæ tibi conciliat laurus amira seqñi
Atq; tuis ausis gratatur finnica tellus,

Vis patet ingenuæ mentis, amœna tua
Sermo tuis meritis mihi langvet hono-
ribus aptus,

Ergò seqvens votum, suscipe fido a-
nimō.

Accrescas annis clarescens nomine doct
Annis & studijs claris plaudendo Magiste
Clarescens claris titulis sic præmia digna
Nomine plaudendo sic præmia digna reporte
Docte Magister digna reportes; vive vale.

Amicā manus & mente applaudit

GUST. PAGCHALENIUS

Austro. Finl.



Sept 20th 1813

John P. Miller

Si
Dommel, Korten

Ijsfom. S.
van Harren

Westerwold S.

Vlaardingenman

